τ mortuis parochianis cessat pena τ cã illius ɔstõnis arg.l.gña/liter.C.de epi.τ cle.τ.c.gñaliter.xvj.q.j.τ tenẽdo istã partẽ ñ obstat.l.foramẽ.ff.ð fui.vrb.pdi.vbi dr̃ ꝙ aqua cadẽs ð celo. lʒ nõ assidue qꝛ naturaliter est ɔtinua ppetuo fieri apta,qꝛ ibi loquitur in cã naturali,hoc aũt in casu pñtis qõnis in causa accidentali,sicut est hr̃e vel nõ hr̃e parochianos,qd ɔuenit ex accidẽti.vt not. Jo.mo.in.d.c.licet canõ.de elec.in.vj.in simili facit gl.in.c. si forte eo.ti.ð ele.in.vj.tamen archi.tenebat ɔriũ,pro quo facit quod no.inno.in.c.de multa.ð preb.τ spec.ti.ij.§.videndũ. ver. sed queritur allegat no.i.c.iulianus.xj.q.iij.τ hoc maxime ſm eundẽ archi.qꝛ illud.c.lʒ cano.non distinguit,ergo sufficit ꝙ sit parochialis actu vel habitu,arg.l.si.ff.si qs cau.ideʒ facit ꝙ sicut quis est episcopus nullius ecclesie.c.ij.de transla.prela.sic τ ista est ecclesia parochialis nullorũ parochianoꝝ vñ si parochiani redeũt nõ expedit nouam parochiã assignari,sed iure quasi postliminij recuperat ius suũ,ex quo de illo nõ est dispositum.c.pria actione.xvj. q.iij.τ.c.quia diligẽtia.de ele.τ per pdicta idẽ archi.respõdet ad ratione glo. que ponitur in.d.c.licet canõ.ð ele.in.vj.qꝛ licet desinat collegium non tamen desinit parochia,vt no.Jo.an.τ Joan. de lig.in.d.c.licet.vbi tenent ꝙ ista ecclesia est parrochialis τ habet ius parrochiale in territorio limitatũ,licet illud exerceri non possit propter defectum obiecti,in quem debet exerceri,sicut alibi dicitur de hñte iurisditionem sine exercitio.c.pastoralis.de rescri.τ dicit Jo.de san.in.d.c.licet.ꝙ ista ɔstitutio artat assumptũ ad parrochialem ecclesiam ad assumendos ordines τ ad residendum,nõ propter ius simpliciter cure,sed propter exercitium cure τ super hoc est cogitãdũ ſm eum illud ꝙ Paul.ibi distinguit reducẽdo opiniones ad cõcordiã,ꝙ aut parrochia non est limitata ad certum territorium,sed tantum per capita hominum,τ tũc si homines ex toto deficiunt,τ tunc est vera secũdũ euʒ opinio gl. in.d.c.licet cano.videlicet ꝙ tũc cesset pena illius.c.τ nõ dicitur tunc ecclesia parrochialis,aut ecclesia habet parrochiam limitatam per certos fines agrorum,τ tũc intelligitur parrochialis ecclesia etiam nemine existente seu habitante in parrochia, τ sic secũdũ eum opinio archi.vbi.s.procedit,τ hoc modo dʒ intelligi, tñ dicit do.de san.ge.in.d.c.lʒ ꝙ ista distinctio nõ sibi placet probando hoc modo,qꝛ ẽt qñ ecclesia hʒ curam respectu hominũ sine aliquo territorio,lʒ homines moriant̃,tñ istud ius ꝙ hẽat curã animaꝝ in talib⁹ hoibus remanet saltẽ habitu,ita qd si alij homines subrogent̃ loco prioꝝ hẽbit curã eorum,sicut est videre in terminis cle.qꝛ ɔtingit.circa fi.de reli.do.τ isto respectu dicetur hr̃e curã in habitu,lʒ nõ in exercitio,[2] †quare ipse do. distinguit h̃ modo ꝙ quando dispositio respicit actũ factum iuxta determinationem do.Anto.in prohemio cle.τ tunc aut assumit actũ nõ solũ pro causa efficienti sed ẽt pro causa permanendi,τ tunc deficiẽte actu deficit dispositio.vt.c.vnico.de cleri.nõ resi.in.vj. vbi canonicus perdit quotidianas distributiones eo quod actualiter non interest diuinis,licet in habitu subsit potestas interessendi,cuʒ ibi sumatur actus interessentie pro causa pmanendi,facit.c.vt beneficia de prebẽ.in.vj.τ.c.relatũ.de cle.non resi.aut assumit actũ nõ p cã pmanẽdi,lʒ pro cã efficiẽdi,τ tunc lʒ deficiat actus,tñ nõ deficit dispositio.etiã si deficiat quo ad habitum,vt no. glo. in.c. statutũ.§.j.in verbo.canonicus.de rescr.in.vj.que dicit qd si erat tempore delegationis canonicus ecclesie cathedralis τ nõ sit canonicus tpe quo ɔsequitur vʒ delegatio,qꝛ illa qualitas requiritur pro cã efficiendi non pro cã permanẽdi.aut respicit habitum tm̃.tunc sufficit habitus sine actu.vt pʒ in iuribus que dant priuilegiũ clericis,qui lʒ nõ incedant in habitu clericali nõ tñ perdunt priuilegiũ,nisi aliter moneantur.c.in audiẽtia.de sen. excom.τ.c. si.de vita τ hone.cle.no.Paul.in cle.ij.de eta.τ quali.vbi tʒ ꝙ ille qui est subdiaconus licet sit priuatus executione ordinis. tamẽ habebit vocem,qꝛ illa cle.requirit habitum ordinis tantum non executionem.aut requirit habitum τ actum simul,τ tunc si actus deficit re τ spe deficit dispositio,sicut patet in collegio , τ ecclesia destituta ex toto,vt no.in.c.ij.de no.ope.facit.c.temporis.xvj.q. j.aut actus deficit in re sed non spe,τ tunc non deficit dispositio,τ sic procedit quod no.Inno.in.c.de multa.de preb. τ Hosti.in.c. quia nõnulli.de cleri.nõ resi.vbi tenet ꝙ.c.de multa hʒ etiã locuʒ si non sit actualiter parrochialis.τ hoc intelligitur verum qñ requirit vtrunqʒ,nõ tamen requiritur actus exercitium adesse,qꝛ si requiret etiam de facto exercitium actus , non sufficeret habitus τ actus ad habitum τ actum subesse re τ spe,immo requireretur ẽt exercitium in actu.vt est casus in.c.si.de rescri. facit.c.cõmissa.§. j.de ele.in.vj.τ.c.licet eps de preben.in.vj.quandoqʒ est dubium an respiciat habitum vel actum,τ tunc si ius exprimit verba notantia actum,τ tunc non sufficit habitus , nisi subsit actus , τ ita pt intelligi gl.in.d.c.licet.quia text.requirit hanc qualitatem, vt curam gregis gerat.τ sic parrochiam subesse quo ad exercitium. vt no.Pau.in cle.j.de offi.vica.[3] †τ per hoc secundum eum determinatur quod si fiat legatum annuum in hospitali pro alimentãdis pauperibus ibi habitantibus,si destruitur hospitale non habebit legatum.τ similiter si legatur clericis pro officiando in certa ecclesia.illa ecclesia destructa non habebunt legatũ.si vero ius exprimit verba denotantia habitum tantum tunc verificatur in habitu tantum,facit.c.quoniam Abbas de offi.dele.τ quod ibi no.Joan.an.in.c.per venerabilem.qui fil.sint legi. vbi tenet ꝙ si delegatur causa vni episcopo τ vnus habitu habet episcopatum alius habet exercitium.τ sic possessionem,ꝙ ille qui habet habitu episcopatuʒ erit delegatus.aut ex verbis nõ apparet an denotet actum vel habitum.τ tunc sufficit ꝙ subsit in habitu. ita procediti glo.in.c.statutum.de elec.in.vj.facit.c.non solũ. de appel. in sexto vbi paria sunt appellasse vel habuisse in habitu potestatem appellandi.τ cum his transit idem Do. [4] ¶† Ego circa istuʒ arti.crederem dicendum ꝙ pena illius.c.licet canõ non habet locum quando non sunt ibi parrochiani,τ pondero ibi tex. in.§. is etiam vbi tex.dicit ꝙ iste assumatur ad ordines.j.annum, vt curã gerere possit diligentius circa populum sibi traditũ,ergo cessante populo debet cessare pena,quia cessante causa cessare debet pena,τ ita etiam tenet expresse glo.in verbo parrochialis,vbi tenet ꝙ si ecclesia olim habuit parrochianos,τ nunc habere desijt , nõ habet locum illa constitutio sine pena ipsius , quia deficientibus personis collegij desinit esse collegium.vt.ff. ꝙ cuiusqʒ vniuer.l. sicut τ si incipient ibi esse parrochiani,ex tunc incipiet constitutio locum habere,quia facta est parrochialis , τ cum illa constitutio sit penalis debet restringi ad casum expressum.vt.c. in penis . de regu.iur.in.vj.[5] †item certum est ꝙ quando alia dispositio iuris loquitur contra certam personam non extenditur ad similem personam que habet aliam qualitatem preter personas specificatas i constitutione,vt no.do.Abb.in rub.de vita τ hone.cle. ergo cessante qualitate pp q̃ʒ fit constitutio debet etiam cessare pena ar. c.statutum de pe.in.vj.τ istud ɔcedit quia pena.c.licet canon respicit ecclesias parrochiales[6] †τ ecclesia parrochialis dicit̃ a parrochia sibi deputata.c.ecclesias.xiij.q.j.τ parrocchia est nomen grecum,τ latine idem est ꝙ particio cure,quia rector ecclesie curam habet animarum totius populi intra illos limites congregati,vnde dicitur regere populum.c.j.de capel.mo. τ parrochia est locus,in quo degit populus alicui ecclesie deputatus,τ sic illa ecclesia dicitur parrochialis,que habet parrochiam ad curam ei⁹ deputatam , ex quo fuerunt parrochie limitate,ergo si non sint parrochiani debet cessare pena,τ dicit Fed.in quodam consi.suo quem recitat.d.Abb.vbi.s.[7] †ꝙ ille dicitur parrochianus qui de facto habitat in parrochia animo manendi ita ꝙ vere sit ibi trãslatus non iuris fictione siue percipit diuina siue non.c.vno.xviij. q.j.facit.c.si quis iam translatus.xxj.q.ij.τ.c.ij.de sepul.in.vj.τ i simili facit qd no.d.ab.post inn.i.c.ij.ð noui op.nun.[8] † vbi tʒ ꝙ si eccl'ia fuerit ðstructa ille q ibi fuerat istitut⁹ pdit nomẽ bñficiati, facit cle.i plerisqʒ.ð ele.itẽ ẽt pẽa illi⁹.c.lʒ canõ ñ hʒ locũ i ecclesia prochiali collegiata.vt ẽ tex.i.c.statutũ.ð ele.i.vj.itẽ ẽt pẽa illi⁹.c. lʒ canõ ñ hʒ locũ i eo cũ q̃ eps dispẽsauit cã studij p septennium,vt est text.in.c.cum ex eo.de elec.in.vj.Et cum his sit expedita presens questio.

SVMMARIVM

1. Legatus de latere an possit facere commendam de aliquo beneficio contra capitulũ nemo de electioni.in sexto , τ infra numero.3.
2. Cardinales an in generalibus dispositionibus includantur sub appel.clericorum.
3. Legatus de latere contra concilium non dispensat.
4. Commenda de beneficio regulari quando fieri possit.
5. Commenda vt teneat debet fieri pro vtilitate ecclesie.
6. Reseruatio pape an expiret propter commendam de beneficio reseruato factam τ.j.nu.7.

Et quod ius habeat comendatarius in comenda.

QVÆSTIO XLIII

Quero q̃dragesimotertio [1] †An legatus de latere possit facere ɔmẽdã ð aliquo beneficio ɔ̃ dispõnẽ.c.nẽo.ð elec.in.vj. τ ibi tʒ archi.

q legatus nõ pt illã ↄmẽdã facere pp negatiuã vl'ez positã ibi in prin. q negatiua gñalis ẽ apta ↄprehẽdere ẽt legatũ, nemo.n. idẽ ẽ q̃si nõ hõ vel nullus hõ.c.j.ver. ʒ rursuz.xix.di. ⁊ ð pe.di.ij.c.si. .n. ⁊ de ↄse.di.iiij. vt ostẽderet. ⁊ ff. de neg.ge.l.iij. tñ Jo.an. tʒ ↄ illud.d.archi. vt no. Jo.mo.in.c.j. de scisma.in.vj. † vbi tʒ q nũq̃ Card. includunt̃ in generalibus dispõnibus, nisi de eis caueatur expresse posito q in talibus episcopi includant̃, qꝛ maior ẽ ratio in Cardi. q̃ in episcopis, ⁊ dicit Jo.mo. in extrauagãti bonifacij octaui q incipit excõicamus. in gl. sup ꝟbo clericos vbi tʒ q sub appellatione clericoꝝ ↄprehẽdũtur Cardi. qñ factũ ẽ malũ in se super quo fit prohibitio, quia ex quo factum est malum in se tanto grauius peccat ille qui contra facit q̃to est maior. vt.c. hõ.xl. di. ⁊ iõ cum in terminis illius.c. a principio habuit bonũ exordiũ. ⁊ ideo non mirũ si Card. nõ includebant̃, nisi fuissent exp̃ssi, secus ergo fuisset, vbi factũ a pncipio fuisset nullũ, ⁊ ita posset intelligi.d. Archi.s. relatũ, vel aliter põt dici ſm Joã.mo. vbi.s. q nõ sit stãdũ dicto suo i preallegato.c.j. de scisma.in.vj. cuz ipse p se dixerit q erat Card. ⁊ sic ei tãq̃ testi i cã ppria nõ erat credẽdũ.c.j.iiij.q.iij. ⁊ partẽ ipsius archid. tʒ Do. de san.ge. in.d.c. nemo.col.j.in.j.q. de elec. † vcʒ q Card. legatus nõ possit disponere ↄ illud.c. nemo. de elec.in.vj. ⁊ tenẽdo istã opinionẽ, facit qꝛ illud.c. nemo est ↄstitutio ↄcilij ↄ q̃ nõ dispẽsat legatus de latere. vt no.gl.i.c.pe. de filijs presbi. facit gl.in.c.fi. q est gl. magna. de here.in.vj. facit ẽt glo.in cle.ij. de rescr. que est gl.fi. ⁊ gl. in cle. sepe de ꝟbo.signi. in verbo mãdamus, facit tex. ⁊ ibi do. Ab.in. c. dilectus.in.j. ⁊ in.c. pro illoꝝ. de pbẽ. ⁊ dig.ng.do. Ab. post gl. in.c. cũ dilecti. de elec. ⁊ in.c. nisi ⁊ in.c. quod translationẽ. de offi. lega. cũ simi. vt no. Fely.in.c.j. de rescr. circa prin. ⁊ vtilitas ecclesie pp q̃ fit cõmẽda not. Frã.ver.in.d.c. nemo ponit exẽplũ de.c. officij. de elec. † vbi propter magnã peritiã alicuius viri aut experientiã bñficiũ regulare cõmẽdatur seculari ⁊ dicunt Host. Gar. ⁊ Jo.mo.in.d.c. nemo. vbi ponunt exẽplũ qñ litigat̃ ð electione, vel quando impeditur ↄfirmandus, tunc ſm eos potest fieri comẽda, tñ dicit Jo.an. vbi.s. qd in illis casibus ponitur custos vel iconomus. cuius officiuz durat quousq̃ ecclesia fuerit ordinata, etiam si excedit sex menses.c. cũ vos. de offic. ordi. ⁊ quando ista cõmenda fit ↄ formam.d.c. nemo, patronus interim potest p̃ntare, vt no. Archi.in.d.c. nemo per illũ tex. faciunt nota. in.c. auditis. de elec. no. Oldra. consi.ccxxvij. ⁊ facit illa regula gñalis non prestat impedimẽtũ de re iu.in.vj. † ⁊ si cõmenda nõ fiat pro vtilitate ecclesie sed persone non vʒ cõmẽda per tex.in.d.c. nemo. ð elec. ibi qui nõ dicit p̃sone sed ecclesie, vt.j.q.vij. tali, ⁊ cõmẽda facta illo casu nõ tʒ. vt no. Guil. Archi. Jo.an. ⁊ Do. de san.ge.in. d.c. nemo. de elec.in.vj. † ⁊ si papa reseruat sibi vnũ bñficiũ vacaturũ quod postea vacat, ⁊ ipse dat vni ad tẽpus in cõmendaz, nõ dicitur reseruatio expirare. sicut si contulisset, vt no. Do. de rota decis.ccclxiij. qꝛ cõmẽda nõ dat ius in bñficio, nec ↄmendatarius facit fructus suos, nec ẽ prelatus in bñficio, sed simplex pcurator hñs tñ legitimam administrationẽ, ⁊ ipse nõ hʒ ius ppetuum sed temporale vt hic pʒ ⁊ fuit obtẽtũ p maiorẽ partẽ ipsorum dominorum. ita etiam tʒ Do. de san. † ge.in.d.c. nemo col.ij. de ele. in. vj. ⁊ Ludo.rom.in ↄsi.ccxxvij. ⁊ si cõmẽda fiat ad certũ tempus, vt puta si dicatur donec assecutus fueris possessionem episcopatus cui iam erat facta puisio tunc expiraret illa reseruatio antea facta, ⁊ isto casu videtur dispositio perpetua pp dubium euentũ ↄditionis que non potest existere. vt no. do. de rota in.d. deci. ccc xliij. ⁊ Do. de san.ge. vbi.s. ⁊ postq̃ est facta cõmẽda nõ censetur vacare beneficiũ, vt no.in.d.c. nemo, ⁊ cõmẽdare ẽ vnus modus prouidẽdi de beneficio ergo ex quo pape placuit isto mõ de beneficio disponere vl' alio mõ disponẽdi vʒ reseruationi renunciare maxime qꝛ reseruationes sunt odiose ⁊ restrigẽde, ⁊ vt fiat reductio ad ius ordinariũ, tñ dicit do. vbi.s. q in istis dẽmus attẽder̃ ꝟba reseruationis, qꝛ aut papa reseruat beneficiũ vt prouisionis sue, ⁊ hoc mõ põt intelligi determinatio dñoꝝ ð rota.s. relata qꝛ ꝟbũ prouidere ẽ aptũ denotare quẽlibet modũ p quẽ pt fieri de iure puisio ecclesie. vt no.gl.in cle.fi. de ele. aut papa reseruat collationi sue ⁊ tũc qꝛ collatio p̃supponit ↄcessionẽ bñficij q tribuit ius in re ⁊ facit bñficiũ omne illius cui ↄfertur, vt.c. si tibi absenti. de preben.in.vj. ⁊.c.fi. de ↄcessio.preben. eod. lib. ⁊ per talem cõmendaz spirat reseruatio. Et cum his sit expedita presens qõ.

SVMMARIVM

1 Collatio beneficij quando dicatur contra ius facta.
2 Deffectus forme ellectionis quando suppleatur per confirmationem secutam.

QVÆSTIO XLIIII

Quero quadragesimo Quarto.

1 † Qñ collatio beneficij dicat̃ eẽ fcã preter ius ⁊ rñdet archi.in.c. si cui. de ele.in.vj. qd illd dr̃ factũ pret̃ ius qñ fit aliqd qd nõ ẽ a iure statutũ. vt no. Jo.an. ⁊ Do. de san.ge. in.d.c. si cui. de ele.in.vj. idẽ ẽt tʒ archi.i.§. ex his.xxviij.q.j. ⁊ ibi dat exẽplũ qñ aliqd statuit̃ q prio nõ erat statutũ. vt.c. vt circa. de ele. ⁊ si electio fcã ↄ illud.c. si cui. de ele.in.vj. illa electio nõ validat̃ postq̃ a pncipio nõ valuit ⁊ erat ↄ ius. vt no. Jnn. ⁊ Cõpo. in.c. qd sicut ð ele. no. Host.i.c.fi. de accu. vbi tʒ q defect⁹ forme supplet̃ p ↄfirmationẽ secutã cũ ille pcedit a iure positiuo non a 2 iure nãli. vt no. archi.i.c. q̃ sit. ð ele. ⁊ i.c. ordinationes.j.q.j. † ergo illa collatio dr̃ fcã pter ius qñ ↄriũ nõ repiet̃ a iure expressum p iura superius allegata. Et cũ his sit expedita presens questio.

SVMMARIVM

1 Mandatum pape de prouidendo alicui i certa ecclesia ð beneficio aliquo an sit prouidẽdũ de prebenda in ecclesia cathedrali ⁊.j. nume. 3.
2 Honor maior est esse canonicũ ecclesie cathedralis q̃ alterius.
4 Ecclesiarũ collegiatarum appellatione an veniat eccle. cathedr.

QVÆSTIO XLV

Quero quadragesimo Quinto.

1 † Si papa mãdat puidere alicui de aliquo bñficio in certa ecclesia an sit sibi puidẽdũ ð preben. in ecclesia cathedrali, ⁊ rñdet doc.i.c.fi. ð pbẽ. q si mãdat̃ puidere alicui ð bñficio i alio bñficio q̃ pbẽ. vigore isti⁹ mãdati nõ poterit prouideri. de cano. ⁊ pbẽ. qꝛ ẽ lõge honorabilior q̃ aliud bñficiũ simplex, vñ canonici dñr clerici.j. grad⁹, ⁊ alij clerici simpl'r bñficiati 2 dñr scd'i grad⁹, vt no. Jnn.i.c. sedes aplica. de rescr. † ⁊ maior honor est eẽ canonicũ cathedralis ecclesie q̃ alteri⁹ lʒ equaliter abũdet, vt no. inn.i.c. frñitatẽ. ð sepul. iõ cũ i rescripto bñficiale sit faciẽda stricta iterptatio ⁊ dẽm⁹ i dubiũ intelligere ð bñficio minori arg.c. q̃uis.⁊.c. cũ i illis.⁊.c. si plurib⁹. ð pb.i.vj.⁊.i.c.fi. ð pb. 3 ⁊ dig. ⁊ i simili no.i.c.j.⁊.ij. de filijs p̃bi.i.vj. † nisi mãdaret̃ prouideri ð ↄpetẽti bñficio tũc posset puideri ð pbẽ. si ipetrãs ipaz mereat̃ hr̃e vt ẽ tex. ⁊ ibi doc.i.c. p illoꝝ. ð pbẽ. ⁊ dig. vbi simpl'r fuit mãdatũ puideri i aliq̃ ecclesia ð bñficio ↄpetẽti ibi fuit puisuz de pbẽ. ⁊ idẽ si simpl'r mãdaret̃ ad collationẽ epi puideri poterit de pbẽ. cathedrali vt.d.c. q̃uis p argumẽtationẽ cũ dicit ibi text. ⁊ Jo.an. ⁊ alij doc. q nõ pbat̃ qd l'r̃e bñficiales nõ extẽdant̃ ad ec 4 clesiã cathedralẽ, † ʒ i bñficialib⁹ appellatiõe collegiataꝝ ciuitatis vel diocesis nõ icludit̃ ecclesia cathedralis. vt no. Jo.an.i addi. Spec.ti. de actio. ⁊ petitio.§. sup actionib⁹ ⁊ Rota deci.cxij. ⁊ decisio.ccxij. ergo prebẽ. ecclesie cathedralis nõ ↄprehendunt̃ cũ simi. alle. vt no. Fel.i.c. postulastis. de rescr. adde gl.i.c.j.§. voles i ꝟbo pbẽ. de colla. in prag. Et cũ his sit expedita p̃ns qõ.

SVMMARIVM

1 Collationes preuentionales pape an valeant in preiudicium ordinariorum collatorum.
2 Collatio ordinarij de beneficio vere vacante an valeat licet vacationem ignorauerit.
3 Mulier certificata de morte mariti si matrimoniũ contrahat valet si vere maritus mortuus sit.
4 Collatio ordinaria fauorabilis est.
5 Procurator constitutus ad resignãdum in curia Romana si resignet ⁊ conferatur an valeat si cõstituens in partibus sit mortuus pridie ante resignationem.
6 Renuntiatio beneficij si sit facta per ifirmũ si moriatur.j.xx. dies quare fuit inductum vt dicatur vacare per mortem ⁊ non per resignationem ⁊ nu.8.
7 Jmpetrans beneficiũ vacans per resignationez aut alio quouismodo si vacet per obitum an poterit illud obtinere.
9 Gratia dr̃ spãlis qñ genus venit verificãdũ in vna sola specie. Capitulum susceptum de rescr.in.vj. limit.
10 Renunciatio si sit facta per vulneratum de quo non dubitabat̃ de morte si postea moriatur per aliquem disordinẽ an dicatur tale beneficium vacare per resignatio. vel per obitum.

11 Renunciatio

Renunciatio beneficij facta per infirmũ qui mortuus est post viginti dies an preferatur collationi pape de illo facte per eius mortam futuram.

Et quo illi dies. xx. intelligant an sint naturales vel artificiales.

QVÆSTIO. XLVI

q Uero q̃dragesimosexto.

1 †An valeãt collationes p̃uẽtionales pape i p̃iudiciũ ordiarij collatoris, ⁊ ẽ dõm ꝙ vz, vt est tex. i. c. ij. d̃ prebẽ. i. vj. ⁊ i. c. j. §. volẽs v̾. nec ẽt d̃ colla. i prag. ⁊ ibi gl. subdit i verbo faciẽdas, ꝙ valẽt iste p̃uẽtiones cessante fraude, dũm̃ pꝰ obitũ, ⁊ ante datã collationũ hmõi tm̃ tp̃s effluxerit, ꝙ interim vacationes ipse de locis in qbus p̃sone decesserint ad noticiã pape verisimiliter potuerint peruenisse, vt est tex. in regula cãcellarie apostolice q̃ est. xviij. i ordine, ⁊ idẽ est dõm de deleg. ⁊ q̃runt doc. an illa regula cancellarie hẽat locũ in ordinario collatore, ⁊ v̾r ꝙ valeat eius collatio ẽt si nõ potuerit adhuc scire vacationẽ, cũ regu

2 la i papa dũtaxat loquat̃, †⁊ vz collatio ordinarij de b̃n̾ficio vere vacãte lz collator ignorauerit vacationẽ. vt no. Jo. mo. ⁊ Jo. an. ⁊ Inno. in. c. ij. de ele. i. vj. ⁊ in. c. si tibi absenti. d̃ p̃bẽ. eod. li. vj. ⁊ Hen. in. c. nulla d̃ ꝯces. p̃b. ⁊ dñi de rota decis. clxxij. sufficit enĩ ꝙ b̃n̾ficiũ vacauerit ⁊ v̾itas inspiciẽda ẽ. ff. de offi. p̃to. l. illicitas. §. veritas. ⁊. c. veritate. viij. di. ⁊ not. in sil̾i in. c. nupt. de biga. nec dz morari seu frustari p̃uisio pp tacitã ꝯdõnẽ, si vacat, q̃ ẽ de p̃nti, lz ignoret̃ existẽtia ꝯditionis eiusdẽ. l. multũ interest. ff. de ꝯdi. ⁊ de. nec nocet angustia tp̃is. l. si mihi ⁊ tibi in. §. si qs seruos. ff. de leg.

3 j. †facit in simili qd̃ no. in. c. in p̃ntia. de sp̃o. vbi si mulier nõ certificata de morte mariti ꝯhit m̃rimoniũ tz si i veritate maritꝰ erat mortuꝰ. vñ i collatione b̃n̾ficij nõ ẽ necesse modũ vacationis exp̃mi lz bonũ sit exprimere. vt no. i cle. j. i gl. in v̾bo q̃uis. de p̃bẽ. ⁊ no. p doc. in. c. susceptũ. de rescr. in. vj. facit gl. in v̾bo vacationibus in. c. cupientes. de ele. in. vj. ⁊ iura dñt ꝙ b̃n̾ficia nõ ꝯferãtur an̄q̃ vacẽt. d. c. nulla. d̃ ꝯces. p̃b. ergo si vacẽt lz ignoret̃ vacatio valebit collatõ. nec v̾r obstare dcã reg. cãcellarie cũ loquat̃ in p̃p̃

4 collatio †ãt ordinaria naturalis ẽ ⁊ fauorabilis. c. p̃uenit. xj. q. j. no. in cle. ij. de offi. ordi. ⁊ sic tanq̃ fauorabilis ẽ amplianda. iuxta no. d. i. d. cle. fi. in gl. pe. de offi. ordi. tñ ꝯriũ p̃t decidi vt. d. reg. cãcellarie paritate rõnis hẽat locũ in ordinario. vt no. gl. in. d. c. j. §. volẽs. in v̾bo faciẽdas. de colla. in prag. ⁊ in simili alle. l. a titio. ff. de v̾b. obli. ⁊. c. inter ceteras. de rescr. cũ simi. ⁊ illa reg. fuit fcã ad obuiãdũ fraudibꝰ q̃ fiebãt i curia ad p̃ueniẽdũ ordiarios. ⁊ nõ ẽ dõm ꝙ papa q alioꝝ iura vult seruare sua negligat. vt. c. lz de sup. negl. pla. ⁊. c. qm̃. de imu. eccle. in. vj. ⁊ in extrauag. Jo. xxij. icip. si fratrũ, ⁊ nisi. d. reg. hẽret locũ i ordinarijs quotidie fraudaret̃ papa, ⁊ ad obuiãdũ similibꝰ fraudibꝰ factũ fuit. c. statutũ. d̃ p̃b. in. vj. ibi in diocesibꝰ existẽtes. ⁊ ꝙ ibi no. p doc. ⁊ collatiõi v̾r ineẽ tp̃s tacitũ quo collator potuerit verisil̾r scire vacationẽ, vt i simili no. i. §. loca. insti. d̃ verb. ob. ⁊ no. in. l. ij. ff. de eo qd̃ cer. loco ⁊. l. iterdũ. de v̾b. ob. d. gl. alle. se vidisse q̃sdã ꝗstõnẽ Othonis lega. q̃ icipit ad eligẽdũ, vbi p̃hibet̃ ne p̾textu opinionis vel fame, q̃ d̃ morte vel cessione hẽatur abn̄tis eius b̃n̾ficiũ ꝯferat̃, lz expectet platꝰ donec pleniꝰ d̃ alterutro istruat̃, q̃ ꝗstõ eq̃tate fulcit̃. l. q hẽditatẽ. ff. de acq. here. ⁊. l. nec nos. C. de cap. ⁊ postli. ⁊. d. regu.

5 nõ p̃cedit fm eũ vbi frans cessaret, †⁊ si in p̃tibꝰ existẽs ꝯstituit p̃curatorẽ ad resignãdũ b̃n̾ficiũ in curia roma. p̃curator adijt romã curiã, ⁊ resignauit b̃n̾ficiũ, p cuiꝰ resignationẽ vel mortẽ fcã ẽ p̃uisio aut alias quouismõ. cũ tñ is q p̃curatorẽ ꝯstituerat p̃die illius resignationis mortuꝰ ẽ, v̾r valeat̃ p̃uisio, q2 pp aliũ modũ vacatõis p̃curator romã fuerat. iõ g̃l. p̃uisio ispiciẽda ẽ. l. tutor. ff. de

6 fideiuss. l. iiij. C. ad mace. ⁊ ita de eq̃tate v̾r dõm. †⁊ illa reg. cãcellarie. s̃. alleg. nõ solũ loquit̃ d̃ simplici resignatione, lz ẽt d̃ resignatione fcã cã p̃mutatõis, ⁊. j. xx. dies de ipsa infirmitate decesserit, qd̃ cẽset̃ illd̃ b̃n̾ficiũ vacare p obitũ, ⁊ nõ p resignationẽ, ẽt si fuerat collatũ p resignatõez, vt. d. gl. in. d. reg. cãcellarie. ⁊ tex. illius regule venit ad obuiãdũ malitijs hoiũ maxie curialiũ, q2 ifirmꝰ credens se euadere nõ posse resignabat b̃n̾ficiũ i fauorẽ alicuius, ⁊ sic quodãmõ v̾r defraudare expectãtes ap̃licos vel ordinariũ, ⁊ ꝙ posset quodãmõ facere testm̃ de b̃n̾ficijs suis. ⁊ iõ p̃nceps q põt facere fictionẽ hẽri p veritate, vt no. bar. i. l. si qs p̃ emptore. ⁊ ibi do. Jas. post alios. ff. de vsuca. fingit istd̃ b̃n̾ficiũ vacare per mortẽ, ⁊ nõ p resignationẽ, nã lz vere vacet p resignationẽ ẽt ex cã p̃mutationis fcã. vt. c. j. d̃ reꝝ permu. i. vj. tñ pp fraudẽ cẽset̃ vacare p mortẽ, ⁊ collatio fcã p resignationẽ nõ vz. vt ibi tex. lz per mortẽ bene valeret. ⁊ illud p̃cedit. ꝯtra. c. susceptũ. de rescr. in. vj.

vbi d̾r in secundo respõso, qd̃ si vnus ĩpetrat b̃n̾ficiũ p verũ modũ vacãdi, ⁊ alius nõ, ẽt si sit p̃mus. tñ scd̃s dz hr̃e. lz ibi d̾r ꝯriuz pp fictionẽ p̾ncipis, q̃ hẽtur p̃ veritate. vt no. i. d. l. si qs p̃ empto

7 re. ff. de vsuca. ⁊. c. is q. d̃ sp̃s. †si tñ ille q impetrauit fm veritatẽ. i. p resignationẽ exp̾meret vel alio quouismõ vacauerit, tũc videbatur ꝙ ẽt si vacet p obitũ, cẽseret̃ bene ĩpetratũ b̃n̾ficiũ nõ obstante predicta regula. vt no. p gl. ⁊ doc. i. d. c. susceptũ. d̃ rescr. i. vj. in. j. r̃nso in v̾bo expresse. ⁊ hoc v̾r veꝝ si nõ appareret de alio ĩpetrante p mortẽ scd̃m illã regulã cãcellarie. vt no. Lap. in alle. lxxxix. quẽ refert Do. de san. ge. in. d. c. susceptũ. de rescr. in. vj. ⁊ hoc est intelligendũ si beneficiũ ĩpetratur expresso vno modo vacandi cũ clausula vel quouis alio mõ vacet, ꝙ ẽt si nõ vacet p̾io mõ expresso. sed alio mõ nihilominꝰ venit p illã clausulã, quouismõ vacet. dũmõ p eãdẽ p̃sonã vacet. vt no. Rot. decis. xxij. q̃ incipit. itẽ si mãdet̃ alicui p̃uideri. vbi dicit hoc veꝝ eẽ, nisi alius impetrauerit p veꝝ modũ vacãdi p superius dcã, ⁊ hoc est itelligẽdũ verũ, qñ iste modus impetrãdi vez v̾l alio quouismodo vacet ⁊. c. ponitur in b̃n̾ficio vacaturo fm p̾mũ r̃nsũ. vt no. in. d. c. su

8 sceptũ. de rescr. in. vi. secus de iã vacãte, †vt puta in terminis illiꝰ regule, si b̃n̾ficiũ vacauit p resignationẽ infirmi, ⁊ tu impetras p resignationẽ fiendã vel alio quouismodo vacauerit. que clausula raro solet dari fm dictã decis. ⁊ ille moritur. j. xx. dies, ⁊ tunc si impetro per mortẽ ego debeo preferri tibi, q2 ego impetraui per verũ modum vacandi, ẽt si tu habeas illam clausulaz generalẽ quouismodo vacet. vt no. Lap. ⁊ Do. de san. ge. in. d. c. susceptũ. ⁊ h q2 erat beneficium vacaturum, ⁊ papa non intedebat dare tibi ꝯ regulam cancellarie, cui solet expresse derogari, ⁊ ita hodie seruatur in pratica, secus in beneficio iã vacãte. nam si tu impetras p mortem titij beneficium quouismodo vacet, ⁊ ego impetro p eiꝰ promotionem ad cathedralem, ⁊ iste est verus modus vacandi,

9 certe in hoc casu videretur ꝙ tu debeas preferri mihi, †⁊ hoc iõ q2 qñ genus venit verificandũ i vna re tm̃, tunc d̾r specialis gratia, ⁊ non generalis, vt est casus. ⁊ ibi glo. fi. in. c. ex parte in. j. de offi. dele. ⁊ ibi. d. ab. alle. Bar. in. l. quesitum in. §. si quid fundum. ff. de fun. instr. ⁊ hoc maxime dz intelligi quando non poterit verificari prima gratia in secundo vacaturo alias secus, vt no. in. c. dudum p Do. de san. ge. de p̃b. ⁊ dig. ex quo limitatur. d. c. susceptum nõ habere locum in acceptilatione, q2 est declaratio voluntatis, vt no. idem Do. de san. ge. vbi. s̃. ⁊ Rota deci. ccxviij. cũ simi. vt. s̃. dixi, item hoc hz locũ nisi appareret alius nouus p̃uisus per verum modũ vacãdi. d. c. susceptũ. de rescr. in. vj. ⁊ no. Rota decisio. cccxvj. item si mandetur mihi p̃uideri ⁊ q2 gratia istiꝰ acceptantis poterat verificari in secũdo vacanti, iõ genus suũ non prefertur speciei, per. d. c. dudũ. de preb. in. vj. ⁊ ita quottidie secundum gl. vbi. s̃. iste casus fuit in rota praticatus, ⁊ illud facit q2 si primus impetrauit non vere cum clausula quouis alio modo, ⁊ in scd̃o per verum modum vacandi, primus prefertur in vacanti, secus in vacaturo, nisi posset sibi imputari suspitio vel malitia, ⁊ propter has cauillatiões solet hodie poni in supplicatione clau

10 sula siue quouis alio modo vacet per eadẽ personam. †⁊ si vnus fuit percussus sed nõ erat spes mortis qui resignauit beneficium, tandẽ mortuus est. j. xx. dies, sed nõ ex illa infirmitate, sed q2 forte fm eũ fecit rem cum pulchra muliere, ita ꝙ medici dñt ꝙ nõ ex p̃cussione, sed ex alia infirmitate mortuus fuit, ⁊ v̾r dõm ꝙ. d. reg. cãcellarie non habeat locum propter v̾ba tex. ibi d̃ ipsa infirmitate iuxta gl. ⁊ doc. in. l. j. C. de emenda. seruo. ⁊ in. c. ij. de cle. percus. q2 ipse nõ decessit. j. triduum nec. j. breue tp̃s, ⁊ hoc est relinq̃ndum iudicio medicorum, vt. l. septimo mense. ff. de statu homi. ⁊ no. in. c. proposuisti. ⁊ in. c. causam matrimonij de p̃ba. ⁊ in. c. fraternitatis. de frigi. ⁊ malefi. ita tenet glo. in. d. regu. cancellarie,

11 †⁊ si vnus est infirmus in curia ⁊ vult renunciare beneficium ⁊ petit̃ derogari huic regule, ⁊ vbi sunt fauores papa derogat, secus si non sint, immo dat illud beneficiũ p mortẽ futurã illius ifirmi, ⁊ tũc dubitat̃ an iste q sperauit p resignationẽ dẽat obtinere, si infirmus superuixerit p. xx. dies, an ille q ĩpetrauit p obitũ futuꝝ i cuius fauorẽ papa reseruauerat illd̃ b̃n̾ficiũ, ⁊ v̾r ꝙ ille p̃mus sit p̾ferẽdus, q2 ille erat verus modus vacandi, ⁊ vacauerat, tamen fa reseruatio erat ampla, ⁊ cũ cl̃a alio modo ⁊c. ⁊ papa reuocauit oẽs p̃uisiones q̃s fecerat de illo b̃n̾ficio. ⁊ ita tz gl. vbi. s̃. ⁊ illud ꝙ in regula d̾r p viginti dies dz intelligi d̃ die nãli. s̃. xxiiij. horaꝝ arg. l. more romano ⁊ ibi gl. ff. de ferijs. lz dies dicat̃ qdã solaris, qdã lunaris, ⁊ qdã nãlis, ⁊ ibi no. vt no. gl. in. c. ij. de ferijs, tñ in presenti casu iste dies computatur de momento ad momentuz facit glo. in cle. sicut de ap. ⁊ Rota dec. ccvij. que incipit. item ꝙ terminus octo dierum, ⁊ sic debet intelligi, ⁊ nõ de diebus artificialibus, Et cum his sit expedita presens questio.

SVMMARIVM

1 Collatio facta per episcopum de beneficio pertinenti mandatario vel nominato an per eum reuocari possit ꝛ .j.nu.4.
2 Uariatio non admittitur post ius alteri quesitum.
3 Mandatarius an debeat a collatore petere beneficium.
5 Collatio de beneficio patronato spreto patrono nõ valet, nec impedit presentationem per eum fiendam.
6 Prelatus aliquid illicite faciens an ꝯ̃ facum suum venire possit.

QVÆSTIO XLVII

Quero q̃dragesimoseptio †An eps possit reuocare collationẽ factã clerico de bñficio ptinẽti mãdatario vel noiato, ꝛ.d.glo.i.c.j.§. volẽs i xbo eoipso. de colla.i prag. ꝙ ista collatio nõ reqrit sniaꝫ priuatõis ex iuris dispositõe imo fit ipo fcõ duolutio.c.ne ꝓ defectu.de ele.ꝛ.c.ꝗꝗ eo.ti.in.vj.ꝛ.c.j.§.deinde ibi gl.ꝺ elec.in.vj.ꝛ iõ ꝫ cũ vr̃ ꝙ si ordinari⁹ ꝯtulerit bñficiũ cadẽs i turno obitũ mãdatario vel graduato ꝙ postea nõ possit variare, ꝛ illꝺ ꝯferre mãdatario, aut graduato, qꝛ collatio fcã post deuolutionẽ ptãtis ad supiorẽ ẽ nulla, vbi fit deuolutio ipso facto.c.fi.ꝛ.c.lꝫ de sup.neg.pla.cũ ibi no. †ꝛ cũ.n.ex facto alicui⁹ est ius alteri q̃sitũ tũc ñ pt variari i eo in quo est ius alteri q̃sitũ.c.ꝗꝗ fit ver.alioqn.ꝺ ele. in.vj.facit.ff.ꝺ statu.libe.l.inter ꝯquẽniũ, secus si collator nõ eẽt ꝓuatus ptãte ꝯferẽdi.ꝫ veniret ꝓuãdus tũc valeret collatio añ sententiaꝫ ꝓuatiuã, vt no.do.ab.post alios doc.i.c.cãꝫ ꝛ in.c. qꝛ pp. de elec.ꝛ no.in simili in.c.qꝛ diuersitatẽ.ꝺ ꝯces.pb.ꝛ.c. mora .de reg iu.i.vj.facit gl.i extrauagãti execrabilis, †ex qb⁹ iferꝛ ꝙ vbi ꝯstat euidẽter collatorẽ ꝯtulisse hmõi bñficiũ nõ mãdatario aut nõ graduato, ꝙ ñ teneꝛ mãdatari⁹ vl' graduat⁹, petere collatorẽ, vt illꝺ sibi ꝯferat recurreꝛ dꝫ ad supiorẽ adquẽ deuoluta ẽ ptãs ꝯferẽdi, ꝛ lꝫ ꝓmissa sint xa i pũcto iuris, tñ ꝯ̃riũ praticaꝛ cõiꝛ, qꝛ qñ mãdatari⁹ aut graduat⁹ petit a collatorib⁹ bñficia i viꝫ grad⁹ vel noiatiõis aut mãdati ꝛ i eoꝝ refutationẽ vadũt ad superiores, ꝓ hac pte facit qꝛ nõ vr̃ collator fecisse ꝯ̃ pdcãs qualificatiões mãdatoꝝ ꝛ graduatoꝝ nisi ab eo petierit bñficiũ, qꝛ forte mãdatarius vel graduat⁹ ꝓ hac vice nõ vult vti gradu suo, aut noiatione, vel eã hꝫ ꝓ ꝺrelicto, aut fact⁹ ẽ icapax, iõ si velit trãsire ad bñficiũ dꝫ illud ꝓmitus petere a collatore, facit.c.si clericus ibi petere negligẽter de ꝑbẽ.i.vj.ꝛ.c.j.§.eꝫ ibi oporteret.de ꝯces.ꝑbẽ.in.vj. †ꝛ si veniat post collationẽ alteri factã ꝓ collatoreꝫ poterit illi ꝺ nouo ꝯferre collator ꝓma collatõe nõ approbata, q̃ nulla erat, nec obstat.c.post electionẽ.§.qm̃.ꝺ ꝯces.ꝑbẽ.ꝛ.c.inter dilectos.ꝺ exces.prela.vbi ꝓma collatio ẽt nulla ipedit ꝺam nisi ꝓma fuerit cassata ꝛ irrita nũciata pp variationẽ q̃ reprobatur.c.ꝯsiderabimus.de elec.ꝛ.c.auditis ꝛ ꝙ ibi no.eo.ti.de ele.vbi doc. dicũt ꝙ illꝺ ꝓcedit qñ ãbe coll'ones fierẽt ab eod. collatoꝛ eo.medio ꝛ respectu. ꝫ aliud põt dici vbi ꝺa coll'o fieret alio medio q̃ ꝓma, qꝛ primã fecit collator iure ordinario, ꝛ ꝺam facit coact⁹ medio mãdati aut gradus vel noiationis, tũc ꝓma coll'o nulla nõ ipedit .ij. arg.c.nõ pstat de reg.iu.in.vj.ꝛ.c.nosti.de ele.ꝛ.c.fi.de iurepatr. †vbi si eps ꝯtulit bñficiũ nihilominus patronus põt ad illud presentare, ꝛ coll'o fcã pleno iure ꝺ bñficio spreto patrono nõ ipedit instõnẽ fiẽdã ab eodẽ collatore ad pñtationẽ patroni, tenẽdo ꝙ collatio voluntaria fcã spreto patrono sit ipso iure nulla.c.ex insinuatione.de iurepa.no.glo.in.c.j.§.ꝛ cũ humane.de ele.in prag. no.in.c.decernimus.iũcta gl.vij.vbi eps teneꝛ istitueꝛ pñtatũ nõ obñte priore collatione ꝓ eũ facta sine ꝯsensu patroni, vt no.fed. i trac.permu.q.xxx.nec ẽt ꝓma instõ fcã ad pñtationẽ ei⁹ q ñ poterat pñtare ipediet ꝺam fiendã ad pñtationẽ illius cui ꝯpetit pñsentatio cũ hmõi instões fiant diuersis medijs.c.ꝯsultationibus ꝺ iurepa.ꝛ no.Inno.d.ab.ꝛ Fel.ꝓ illũ tex.in.c.cũ bertol.ꝺ re iu. no.doc.in cle.j.ꝺ iurepa.ꝛ Ben.i.c. auditis. de elec.†ꝛ no.d.ab. in.c.nosti.de elec.qñ ꝓlatus facit aliqd noie ꝓprio illicite ꝛ tunc aut iminet ꝑiculũ aiaꝝ vl' fauor publice libertatis ꝛ põt venire ꝯ̃ fcm̃ ꝓpriũ ex quo de iure illud nõ põt dãnari.c.tenor. ꝛ. c. ꝯsanguinei.ꝺ re iu.aut nõ iminet talis fauor, ꝛ tũc aut fcm̃ nõ tenuit, aut tenuit, ꝫ ẽ cassanduꝫ, primo casu, aut vult venire ꝯ̃ in iudicio aut extra iudiciũ, ꝑio casu si allegat turpitudinẽ suã nõ dꝫ audiri in.c.inter dilectos.de dona.aut allegat turpitudinẽ suã, ꝛ audiꝛ. ff.de ꝯdi.ob turpẽ cãm ꝛ in.l.iiij.idẽ.d.Ab.i.c.cũ sup.ꝺ ꝯces.qñ fit extra iudiciũ, ꝛ fcm̃ nõ tenuit ex ꝑsona faciẽtis, ꝛ põt ꝯuenire, aut nõ tenuit ex ꝑsona recipiẽte, dic tũc ꝙ aũt sciẽter hoc fecit, ꝛ nõ põt ꝯuenire in odiũ sui, ꝛ sic põt intelligi.c.diuersis. ꝺ cleri.ꝯiug.ex quo infertur ꝙ si prelatus scienter contulit bñficium indigno nõ põt ipse reuocare factum suum.aut ignoranter fecit ꝛ pt cõtrauenire, vt.c.innotuit. de elec.vt no.do.abb.in.d.c.nosti. de elec.Et cũ his sit expedita presens questio.

SVMMARIVM

1 Impetrans beneficium a sede apostolica an impetrationi renunciare possit.
2 Clausula decreti licet sit apposita in impetratione tamen intelligitur conditio si impetrans vti voluerit.
Constitutioni iuris communis cum clausula irritãte per partes renunciari non potest.
3 Renunciatio impetrationis habẽtis clausulaꝫ decreti qñ valeat.
4 Collatio in primis facta valet si habens clausulam anteferri ei renunciet.
5 Statutum si sit ꝙ debitor nõ possit contra hec nisi soluat, si cõtrahat, ꝛ demum soluat valet contractus.
6 Collatio per episcopum facta de beneficio quod conferre nõ poterat si postea ad eum deuoluatur potestas collatio ꝯualescit.

QVÆSTIO XLVIII

Quero quadragesimo Octauo. †An impetrans beneficiũ a sede apostolica possit renũciare ipetrationi, ꝛ vr̃ ꝙ sic per tex.in.c.si clericus. ꝺ ꝑbẽ.ꝛ dig.i.vj.no.d.ab.ꝛ fel.ꝛ do.Phi.dec.post alios doct.i. c.ceterũ de rescr.ꝛ sequiꝛ glo.i.c.j.§.qꝺ si qs i xbo irritũ. ꝺ colla.in prag.vbi tꝫ ꝙ qualificatus i viꝫ ꝯcilij basiliẽ.põt si velit vti sua qualificatione, puta gradu vel nominatione aut mãdato, si ãt nolit vti ꝛ ei renũciat valebit collatio ordinarij, †qꝛ in quocũꝗ rescripto bñficiati lꝫ apposita sit clausula decreti semp tñ intelligitur ꝯdõ, si ipetrãs vti velit illa gratia.vt no.Jo.mo.ꝛ alij scribentes i.c.statutũ de ꝑbẽ.in.vj.no.fel.ꝛ do.Phil.deci.i.c.ceterũ.de rescr.ꝛ tenẽdo istã partẽ nõ ob.tex.ꝛ ibi.d.ab. in.c.dilecto.ꝺ ꝑb. ꝛ dig.qꝛ ille tex.loquiꝛ i ꝯstitutione iuris cõis, qꝛ lꝫ sit fcã i fauorẽ partiũ ꝛ subditoꝝ cũ decreto irritãti subditi ñ pñt illi renũciare, vt no.fel.ꝛ do.Phi.dec.i.c.cũ accessissent. de ꝯsti.secus ẽ in rescr.ꝗuis apponaꝛ decretũ irritans qꝛ partes ꝛ ipetrãtes pñt illa renũciare ꝓ iura superi⁹ alleg.facit.l.ꝓuide.§.fi.ff.si certũ petat. vbi lꝫ mortuo testõre dñiꝫ rei legate recta via trãseat ad legata. tñ si legatari⁹ repudiat, fingiꝛ ñ trãsisse sic repudiata noiatiõe aut declaratõe facta ꝓ graduatũ ꝙ nõ velit vti gradu fingiꝛ tãꝗ si ñ eẽt q̃lificatus ꝛ istꝺ decretũ irritãs apponiꝛ in fauore ipetrãtiũ iõ põt ei renũciare.c.ad apostolicã.de regu.†facit qꝺ no. Spec.ti. ꝺ locato.§.nũc aliq̃.x.xij.ꝙ id ꝙ dr̃ nõ valere i fauorẽ alicuius ipse põt facere ꝙ valeat.vt no.Inno.i.c.qꝛ cũctis.de ꝯces. preb. i.vj.ꝛ hoc ẽ idubitatũ qñ añ collationẽ ordinarij dictus graduatus q̃lificationi renũciauit aut apparuit eũ nolle ea vti, qꝛ tũc collatio ordinarij alteri facta vꝫ, si ãt collationẽ ordinarij sequaꝛ renũciatio nõ vr̃ ꝙ ꝓuisus tutus sit sine noua collatione.c.pe.ꝺ ꝑbẽ.i.vj.no.Joã.an.in.d.c.statutũ ꝺ prebẽ.in.vj.vbi tꝫ qꝺ si impetrãs cũ decreto renũciat rescripto post collationẽ fcãꝫ alteri ꝓ ordinariũ eius renũciatio nõ validat collationẽ, q̃ nulla erat, ꝛ ibi Bo.de san.ge.tꝫ qꝺ factũ ꝯ̃ decretũ tũc vꝫ qñ hñs illud nõ vult eo vti, ꝛ volũtas ꝓcedit factũ, si vero volũtas sequaꝛ factum est ꝯ̃ tale in q̃ attendiꝛ initiũ vt electio bñficij, collatio, snia, ꝛ si tunc nõ valet, postea nõ ꝯualidat.c.si postꝗ.§.j.de ele.in.vj.ꝛ.d.c.pe.ꝛ.c.auditis.de elec.nisi appellationi fuerit renũciatũ.c. nõ firmatur.de reg.iu.in.vj.no.Gasp.de peru.in trac.reseruationũ.§.vij. vbi in collatione facta ꝓ ordinarium ꝯ̃ decretũ mãdati duo põderat ꝯtẽptũ mãdati, ꝛ ꝓiudiciũ in iuꝛ q̃sito ad rẽ, q̃ duo cessant, qñ renũciatio mãdati ꝓcedit collationẽ, qꝛ nõ fit i ꝯtẽptũ mãdantis, nec in ꝓiudiciũ eius cui gratia est fcã, sed si ordinarius nõ habuit noticiã ante collationẽ qꝺ nõ velit vti gratia remanet ꝯtẽptus ꝗuis ꝺm cesset ꝓ ꝯsensuꝫ ꝛ renũciationẽ supueniẽte, iõ nõ validaꝛ collatio, in qua initiũ spectaꝛ ꝓ iura supius alegata, ꝛ rñdeꝛ ad. d.l.proinde ꝫ cũ ꝙ in illo casu cessat rõ ꝯtẽptus, ꝛ nõ attẽdiꝛ nisi interesse, ꝛ cõmodũ legatarij, ꝛ illa ꝓsumiꝛ fuisse intẽtio testatoris.ff.de fur.l.a titio, nec ẽt loqtur in casu in quo initiũ de substãtia attẽdaꝛ vt i collatione, ꝫ ꝺ isto scꝺo casu satis ꝺm eũ põt dubitari, qꝛ si qualificatus nõ vult vti sua q̃lificatione, q̃ in fauorẽ ei⁹ est inducta, illo repulso sublatũ est ipedimẽtũ quo ad ordinariuꝫ, ergo vꝫ eius collatio iure ordinario alteri facta, vt no. Jo.an.in. c.penul.de ꝯces.preben.† vbi tꝫ qꝺ si hñs clausulam anteferri ei renunciet

renunciet nec velit ea vti valebit collatio primo facta, q2 eo repulso sublatum est impedimentum. vt no. do. Abb. & Fely. in c. cum ex officij. de pscrip. vbi tenet q qñ eps ztulit bñficiu añ lapsuz mensis de quo in cle. i. de zces. pbê. q bñs graz iuxta illá cle. si nó acceptauit bñficiu infra mensem zualescit dicta collatio facta p ordinariu infra mensem, & róné assignát cu. j. mensem collator ordinarius hret manus ligatas, & eps hz ptate in habitu lz exercitiu sit sibi iterdictu. j. mésez & lapso mése nullu ius sibi supuenit ó pñti sz solu fuit remotu obstaculu alleg. Bar. i. l. cu vir. ff. ó vsucap. †vbi qrit caueť statuto fauore creditor q debitor bánit' vel zédnatus nullu ztcu possit faceŕ donec soluat ztigit q pri' zrit & postea soluit an ztcus zfirmeť & tz q sic, q2 in pñti casu nó supuenit ius sed obstaculum remoueť allegat. l. pig. ff. q & a qbus. & l. i. C. ne tutor vel curator. & in pñti casu pót dici q si eps ztulit sciéter bñficium q erat affectu qualificato, & qlificatus re integra anteq cu effectu acceptauerit illud bñficiu declarat pñte vel sciéte epo q non vult vti sua qlificatione q collatio p epm fcá zualescat, q2 p illá qlificatione mádatarij aut graduati nó erat acqsitu aliqd ius ét ad rem ipsi qlificato. vt no. gl. i. d. c. j. i vbo noiatióes. ó colla. i prag. & eps erat obligatus ad zferendu aliud eidé qlificato arg. c. inter cetera. de pben. & dig. ergo statim q ipedimentu qlificationis sublatu est p zsensum & declaratione qlificatá conualidata fuit dicta collatio, cu nó reqraŕ aliqua traditio, sed solus zsensus epi, q iam interuenerat. c. si tibi absenti. de preben. in. vi. facit lex ré alienã. in fi. ff. de pig. actio. & de actione empti. l. siqs alienã & ff. q potiores in pignore habeanť. l. q balneu. §. titia, & qd no. bar. in. d. l. cu vir q si aliqs vendiderit ecclesie ré alienã & véditor succedit dño q statim transit vtile dñiu in ecclesiã, & ró assignaŕ q2 nó reqritur ibi traditio. C. de sa. san. eccle. l. fi. & intererat véditoris ztcu zfirmari cu esset obligatus ex suo ztcu† vñ dt do. Abb. & ibi Fely. i. d. c. cu ex officij, q si eps scienter ztulit bñficiu q zferre non poterat, q2 collatio spectabat ad inferioré, si postmodu ad eu deuoluatur collatio, zualescit ipsa collatio, q2 eps erat obligatus ad zferédu illud vt supradictu est, & p ista parte facit qd no. in. l. i. q p sua iurisdi. dicens q si in principio delegationis delegans carebat iurisditione, & postea est eã adeptus, q delegatio vr zfirmari p supuenientiá ptãtis, arg. in. l. lz. ff. de iudi. tñ a tpe supuenientis iurisdónis & nó prius. l. obseruare. §. vlti. ff. de offi. proconsul. presertiz vt ibi dr qñ iurisdó delegãtis erat iá radicata, exertitiu tñ nó hébat, puta q2 suspensus erat aut excóicatus. ita ét tz & sequiť gl. i. c. i. §. qd siqs in vbo irritu. de colla. in prag. & tenédo istã parté q impetrans possit renúciare suis lris, facit q2 vnusquisq potest renúciare bñficio adepto vigore illar lrar. c. qd in dubijs. c. admonet. c. sane. c. veniens. de renun. ergo a fortiori pót renunciare illis lris, q2 facilius renunciatur iuri ad ré, vel preparatorio iuris in re vel ad rem, q iuri in re. vt no. gl. & doc. in. c. si electio. de elec. in. vi. Et cum his sit expedita presens questio.

SVMMARIVM

1. Conferre an teneatur superior ad quem deuoluta est potestas cõferendi cum illis qualitatibus & illis personis quibus inferior conferre tenebatur.
2. Patronus ecclesiasticus si presentat contra ordinem impetrãtiu potestas cum eodem onere deuoluitur ad instituentem.
3. Presentatio ad religiosos spectans ex eorum negligentia ad instituentem deuoluitur & quomodo.
4. Papa est superior exemptorum.

QVÆSTIO. XLIX

Quero quadragesimo nono† Qñ ptãs zferendi est deuoluta ad superiorem an ipse superior teneaŕ zferre sub illis qlitatibus, & illis psonis, qbus inferior tenebaŕ zferre, & vr dóm q sic, q2 limitata ptãs trãsit ad superioré cu onere. arg. c. ex lris. de pig. & l. traditio. ff. de acq. re. do. & superior surrogatus dz censeri eodé iure cuz alio in cuius locu surrogaŕ. ff. siqs cau. l. si eu. §. qui iniuriarum, & ideo tenendum est q ipse superior teneť puidere bm qualificationem & zdónem qua tenebaŕ primus collator, vt no. gl. in. c. i. §. qd siqs in verbo ciuiliter. de colla. in prag. facit qd no. do. Abb. post alios doc. in. c. cu in magistru. & in. c. cám & in. c. ne pro defectu. de elec. vbi no. qd superior, ad qué fit deuolutio ptãtis, teneť puidere in illa ecclesia de hominibus illius qualitatis, sicut tenebanť eligere primi electores. facit tex. in cle. i. de sup. neg. pla. & in cle. exiui. §. ceter. de ver. sig. facit tex. in. d. c. ne p defectu. ibi in vbo de psona idonea ipsius ecclesie facit ét tex. in. c. cu inter vniuersas. ó elec. & dt gl. & ibi Jo. an. in. d. c. ne p dfectu. qd si puideret de alia psona, nó pptereã cassareť puisio. & ibi dt Compost. papã ita sibi rñdisse, vt no. Jo. an. in. c. z eu. de reg. iur. in. vi. & Hen. in. abbate. de v. sig. no. in. c. dilectus. de zces. pben. vbi dt gl. non hre locum vbi de consuetudine vel statuto ecclesie non posset de extranco puideri, vt quasi in omnibus ecclesijs regni Frácie consuetu est de zsuetudine prescripta, qd dignitas, & psonatus nó possunt nec debent conferri nisi canonicis illarum ecclesiaruz, vbi sunt ipse dignitates vel personatus de consuetudine, vt no. Inn. & Host. in capi. tua. de his q fiunt a pla. arg. ca. i. lx. dist. quo casu sicut illi a qbus deuoluiť ptãs nó possent de extraneo prouidere, ita nec iste superior p ea q dicta sunt, & ad premissa facit text. magis expressus in d. c. i. §. quod siquis. ibi ad superiorem proximuz deuoluať q similiter vt premittitur habeat prouidere. & ibi bona gl. ponderando illud verbuz similiter, †& hinc dicitur quod si patronus ecclesiasticus pñtat z ordinem & qualificationes impetrãtiu ptãs sub eodé onere deuoluiť ad instituentem etiam vbi ius instituendi ptineret ad prelatum inferioré epo, censetur enim hoc casu pximus superior vt no. gl. singu. in cle. i. in verbo dispóné. de sup. neg. pla. que vult †qd si pñtatio spectat ad religiosos ex eorum negligentia fit deuolutio ad habentem instituere siue sit diocesanus siue alius, vt not. domi. Abb. & Jo. de imo. in cap. nonnulla. de conces. pben. & idez do. Abb. in cap. i. de elec. nã presentatio patroni non transfert aliqd ius spñale sed est quoddã initium seu quedã seruitus. c. qd autẽ. de iurepa. q2 contépto patrono non potest fieri institutio ca. decernimus. xvi. q. vij. & ius spiritule transfertur ex sola instóne vnde priuato patrono solum tolliť seruitus illa, & pura dispositio remanet penes hñtes instituere, vt no. do. Abb. in. c. causam. de ele. ita tz gl. in. d. c. i. §. q siquis in vbo proximum de colla. in prag. & ista ptãs conferendi, vt. s. dixi deuoluitur ad superiorem gradatim. vt c. ij. & ibi doc. de conces. pbé. & c. lz. c. lras. c. fi. de sup. neg. pla. sz si contingeret aliqué istorum superior esse exéptum potestas ab eo deuolueretur ad papam. vt no. do. Abb. in. d. c. ij. de zces. pbé. q2 non supior non supplet negligétiã alterius, nisi vbi est a iure expssum. d. c. lz. de sup. neg. pla. tamen aliqui voluerunt dicere q ét i platis exemptis fiat deuolutio ad proximum superiorem omisso papa nisi ipse esset proximior, vt no. in. c. i. §. & ne iucto. & §. item q monasteria ti. de causis in prag. q mihi nó plz qre alij doc. dicebát q i platis rlaribus exéptis h casu fiet deuolutio ad diocesanu epm. vt é tex. in cle. i. de sup. neg. pla. & ibi doc. idé tz gl. in. d. c. i. §. q siqs in vbo gradatim. de colla. i prag. sec' é i secularib' exéptis q2 tex. i illa cle. vnica. de sup. neg. pla. loqť dútaxat in rlaribus, nec hz locu i secularib'. vt ibi no. p gl. & doc. & i' platis exéptis siue secularib' siue regularib' fiet deuolutio gradatiz ad papã, & olim i oib' exéptis fiebat deuolutio collationu ad papã capi. sicut & capi. lz. de sup. neg. pla. & capi. cu singula. i fi. de pbé. i. vi. tñ. d. cle. vnica. de sup. neg. pla. supuenit q iducit ius nouu in platis regularibus i vno casu tm, vcz in casu negligétie, ergo. d. cle. nó é extédéda vltra casuz suu, vt no. ibi doc. maxime Jo. an. in vbo negligétiã, q inqtu illa cle. ponit ius nouu, & pjudicat puilegijs exéptionis, nó hz locu, qñ plat' regularis eét priuat' pp delictu, cu hoc nó sit expssum, ió nó dz extédi ad istu casum, in quo cẽseŕ priuatus ipse prelatus propter quasi delictum, ex eo q zfert contra ordiuem & qualificationes introductas a zcilio & ista deuolutio iuxta determinationé zcilij basiliésis fit ad pximu supioré† & pximus supior exéptor é papa. vt. c. nulla. xciij. di. & c. auctoritate. cu ibi no. de puile. i. vi. Jo. an. i. c. sciétie. de reg. iur. i. vi. in mercuria. nec fit ibi aliq mentio de exéptis. remaneát ergo eorum priuilegia intacta, ita tz gl. in. d. c. i. §. q siqs in vbo gradatim. de colla. in prag. Et cum his expedita est presens questio.

SVMMARIVM

1. Papa si non vult conferre beneficium qualificato puta graduato iure deuoluto, an possit impetrans propria auctoritate ingredi possessionem illius beneficij.
2. Nominationes ad beneficia quod ius tribuant.

QVÆSTIO L

Quero quinquagesimo Si papa nó vult beneficium conferre qualificato vcz mandatario aut graduato iure deuoluto, quid faciet iste impetrãs

ꝙ vt ꝙ ꝓpria auctoritate possit ingredi possessionē illius bñficij, vt facit tex. in simili in.c.i. de sup. neg. prela. vbi dt tex. ꝙ qui electus ꝛ prouisus ad dignitatem abbatialem non pōt hr̄e a suo superiore bñdictionem pōt bñdicere suos monachos, ꝛ exercere oīa, ac si esset bñdictus in abbatē, ꝛ idē vr̄ dōz in pñti casu, postq̄ papa sibi denegat collationē illius bñficij, tñ ad istud pōt rñderi qd illud.c.i. de sup. neg. prela. loquit̄ in illo q hz vex ꝛ plenū ius in sua abbatia, qꝛ tūc poterit administrare ꝛ exercere oīa q̄ spectant ad abbatē, qꝛ ad esse administrationis solū reqrit̄ electio ꝛ ꝯfirmatio. vt.c. transmissam. ꝛ.c. nosti. de elec. ꝛ.c. auaritie eo. ti. de elec. in.vi. ergo postq̄ iste hēat ius in prelatura poterat administrare oīa q̄ spectabant ad ipsum abbatē, qꝛ lz nō fuerit bñdictus tñ dr̄ abbas. vt no. do. Abb. in.c. q̄to de offi. ordi. ꝛ in.c. cū ꝯtingat, d foro ꝯpe. sed in pñti casu iste nō hz aliqd ius in bñficio, qꝛ p istas impetrationes nō hz ius ad bñficiū vel in bñficio. vt dt gl. in.c.i. §. volens in xbo noiationes, vbi dt qd noiationes q̄ dant̄ ad bñficia vacatura, si ille est receptus in canonicū sub expectatione ꝓbende, hz ius ad rē, nō aūt in re.c.pe. de preben. in.vi. ꝛ.c.fi. de cōcess. preben. eo. lib. si vero iste impetrans nō est receptus in canonicū, sed dūtaxat hz grām sup bñficio sibi ꝯferendo, tūc solum hz ius implorandi officiū executoris, vt ꝓuideat, vel faciat sibi ꝓuideri, vt est bona gl. in.c. veniens. de renun. ꝛ Inn. post gl. in.c. literis. de rescrip. ꝛ in.c. ꝯstitutus eod. ti. ꝛ do. abb. in.c. cap. de rescrip. ꝛ ēt p noiationes q̄ fiūt p vniuersitates ad bñficia vacatura p eas nō q̄rit̄ ius in re vel ad rē ad bñficia, sicut dcm̄ ē i grīs expectatiuis, ꝛ iste ꝯsequit̄ quoddā ius ꝓparatoriū ad bñficiū cadēs i turno noiatox ƀm formā ꝯcilij basilien. ita no. gl. in.d.c.i. in.§. volens in ver. noiationes de colla. in prag. ergo si iste qualificatus ꝛ impetrans bñficiū nō hēat ius in illo bñficio non poterit ingredi possessionē pp illā denegationē arg.c.i. cū simi. d reg. in.i.vi. ꝛ soluendo istā qōnē pōt dici, ꝙ si papa nō vult bñficiū cōferre qualificato in vim gradus aut noiationis iste qualificatus dz obtinere collationem iure deuoluto tacita qualificatione dicēdo ꝙ taliter bñficiū vacauit ꝙ eius collatio est ad sedē apostolicam deuoluta vel collator male ꝓuidit aut incapaci ideo priuatus est ptāte ꝯferendi ita tz gl. in.c.i.§. si qs in xbo pōtificē. de colla. in prag. ꝛ rō bona est qꝛ impetrans nō tenet̄ exprimer̄ modū vacatiōis, vt no. doc. in.c. susceptū. de rescrip. in.vi. cum simi. vt no. Fely. in.c.i nostra. de rescrip. ꝛ cum his sit expedita presens questio.

SVMMARIVM

1. Prioratus regularis an possit tacite professo conferri.
2. Profiteri an videatur nouitia in abbatissam assumpta.
3. Capitulum nullus de elet. in.vi. quomodo ꝓcedat ꝛ.j. nu.6.ꝛ.7.
4. Professus tacite an postulari possit.
5. Dispensare an possit episcopus ꝙ nouitius fiat abbas.
6. Dispensare contra concilium non potest inferior a papa.

QVÆSTIO. LI

9 redis culpa. † Moti sunt qr legando das somatas quas seruant. G. & R. vr̄ legasse duas somatas, quas ipsi debent, qr seruarūt. Constat aūt qd̄ qn̄ testōr legat, qd̄ alius tertius dz, ēt adiecta certa q̄titate, puta centum vel decem, que Titius dz, id solum est in legato, qd̄ dz Titius, intm̄ qd̄ si minus vel nihil dz, non dz aliūde suppleri. l. si sic. §. j. ver. sed si addiderit. de leg. j. cum. l. legaui. de libe. leg. ergo idem in proposito. Insup dn̄t qd̄ ista dictio, qs vel qui. iuncta verbo tertie psone, cum respicit aliquid taxatū in quātitate csistens facit cdōnē, lz qd̄ iungeret verbo, prime psone. s. si dēo, faciat demonstrationem, qn̄ legat ante taxatum in quātitate csistens. s. decem, & ideo faciebat demonstrationem, q̄ clausula nō

10 vitiat. † Aliud qn̄ dictio, que, esset adiecta tertie persone, qr facit cdōnem & falsitas cdōnis vitiat legatum, vt. d. l. si sic. §. j. primo rn̄so. & l. si non designata. C. de fal. cau. adiecta legato, & institutа de leg. §. sed si vxori, & d. l. legaui. circa medium, & hanc dn̄t fuisse sn̄iam Petri. in. l. Stichum q meus erit, de lega. j. Item sunt moti, qr testōr sub vna cceptione legat, & taxat, & declarat, qd legat, & vnde, qr dicit lego duas somatas, quas tales mihi seruant. Ergo vr̄ in dubio tale legatum fore taxatum, non demonstratuz, & illam adiectionem. s. quas seruant, quā simul sub vna cceptiōe cum legato profert, vr̄ in dubio fecisse cā taxationis, non demonstrationis, ſm doctri. Dy. in. d. l. quidam testa. in. d. l. si seruus. §.

11 quicunq. † Secus si sub diuersis cceptionibus, vt puta si dixerit lego centum Titio, & postea in alia clausula subiungit qd̄ illa centū vult solui ex. xx. debitis a Meuio, & ex. lxxx. debitis a Gaio. Nam illa clausula dum taxat, nec limitat legatum precedens, ita vt aliunde solui non dēat, sed demonstrat, vnde facilius possit solui legatum, & ita dt loq dictam. l. qdam test. cum similibus. s. alleg. p affirmatiua, secus qn̄ sub vna cceptione legat & declarat vnde, vt puta, lego decem, q̄ Titius mihi dz, vel lego decem, que sunt in archa, qr vr̄ taxare & limitare, vnde soluat, & qd̄ ille dz, & qd̄ est in arca, & non plus, nec aliunde supplendum, vt, d. l. si sic. §. j. in fi. & d. l. si seruus. §. qcunq. & l. cum seruus. de vino tri. & ole. legato. Et sic dn̄t posse intelligi dictam. l. antepenulti. §. ciuibus.

12 de leg. ij. † Item addunt qd̄ testōr vr̄ legasse certum corpus, vcz certi nominis seu debiti, seu seruitij. s. debitum duax somatax annone, quas faciunt siue seruant. G. & R. vnde cn̄s est, qd̄ si id qd̄ legatum fuerit, perierit, vel fuerit diminutum sine culpa heredis, hrs erit liberatus, nec amplius tenebit. l. si ex legati cā, cum similibus, de V. ob. Non ob. d. l. lucius. d. l. paulo calimacho, & d. l. quidam test. qr ibi cā demonstrandi non taxandi. Nam loquunt qn̄ sub diuersis conceptionibus, at in casu dicti legati qn̄ cā taxādi, qr sub vna conceptione. Non ob. d. l. in cdōnibus, vbi est vna cceptio verbox, & tn̄ non taxat, sed demonstrat, nec faciunt in vba cdōnem, sed demonstrationem. Nā ibi ſm eos cstabat de voluntate testantis, vel solue aliter, vt ibi. Non ob. l. ex eo cum similibus. qr ibi lz fiat suppletio ex fructibus annox sequentium, non tn̄ ex alijs bonis vel rebus heredis, vel debitoris, ex quo fructus certi fundi debebantur. Et subdit collector illius conclusiōis, qd̄ ita audacter cederet hoc si termini essent csimiles, sed nō sunt, qr hic non legabatur certa quantitas fructuum ex fundo tali percipien. immo legabat certum debitum, seu certam annuam pēsio-

13 nem per. G. & R. debitam pro fundo, † & non potest fieri suppletio ex futuris pensionibus, cum quolibet anno solum talem pensionem debeant, & non plus, vt ibi latius. Que verba relata non faciant te stomachari, qr sunt sapida & declaratiua multorum iurium, & doctrine premisse sunt magis discusse per varietatem exēplorum, in quibus facile fuisset contentio. Insuper opus est vlteriori examine. Nam Bal. in. l. vnica. §. libertatibus. C. de caducis tollendis, dicit quod si testator mandauit heredi, quod prestaret mihi fructus cuiusdam fundi, heres tenet facere & curare qd̄

colatur

colatur diligenter, seminetur, & non destruatur. l. fundi trebatia-
14 ni. ff. de vsufructu legato. tamen non tenet de casu fortuito. † Nec
possit ipse legatarius dictum fundum sua auctoritate colere & se-
minare aut possidere. l. si quis ita. ff. de vsufru. & p Bal. in d. §. li-
ber. v. etiam excep. Insuper est sciendum, quod si cui esset relictuz
predium, & ille esset grauatus de certo onere prestando de reddi-
tibus illius predij, quo casu non teneretur vltra quam ex illo pci-
piatur, si illud predium assignaretur, & pro illo onere liberaretur.
Secus si esset obligatus in genere, & consequenter si non recipe-
ret ex vno predio, teneret soluere ex alijs, vt. d. l. quidam testõ, cũ
15 similibus. † Unde in primo casu non videret absurduz qd dictus
grauatus volens assignare illi predium ex cuius redditibus dz p
stari illud onus, audiat. In secundo vero non sit audiendus vo-
lens assignare vnam possessionem, & liberari a debito quãtitatis.
Ita determinat Pau. de cast. in prealleg. ɔs. xlvij. in vlti. quesito.
Primum dictum probat in. l. filiusfamilias. §. apud Marcellũ.
de leg. j. ſm Pau. in d. ɔsi. qui etiam allegat Jo. an. in additioñ.
Spe. in ti. de instru. edi. §. d. in additioñ. que incipit, de trebellia-
nica. ante finem, vbi allegatur ille text. vbi etiam dicit Paul. de
16 cast. quod per illum textum quidam dñt † quod si legat mihi fun-
dus, & rogatus sim dare Titio. x. & acceptaui fundum, postea Ti-
tius petat a me. x. & ego dico quod fundus non tm̃ vz, & qd sum
paratus tradere fundum pro illis. x. quod debeo audiri, qd vide
tur mirabile. Nam cum acceptauerim predium illo onere, vſi vi-
deor predium extimasse pro tanto, seu recepisse pro tanto, & sic te
neor ad totam q̃titatem. Sed Pau. de cast. in d. §. apud Mar
cellum, dicit illud procedere, si volo fundũ retinere, aliter dẽo au-
diri, argu. illius tex. qꝛ non est iustuz ꝙ plus grauer quam ɔmodũ
pceperim. Fortius dicit idem paulo. s. in eo. §. quod si nollem eẽ
factor & procurator illius, & pati laborem sine commodo ɔ meaz
voluntatem, iõ dẽo audiri volens tradere fundum, vt. s. Secun-
dum vero dictum probat in. d. l. quidam testõ cu similibus. Ad
materiam faciunt, que dicit Pet. de anch. in. c. si propter. de re-
scrip. in. vj. q. ij. principa. & in suo ɔsi. cccxxj. incipiente, circa istam
17 perceptionem. in. ij. col. maxime dum dicit, † qd si collectori apo-
stolico debebantur fructus primi anni beneficij vacantis, & tales
fructus illius anni dẽbant alteri, vel pierũt vel pcipi nõ potuerũt
sterilitate, vel alia clade, quod non debeat tali collectori fieri sup-
pletio ex fructibus sequentis anni, arg. l. cum certus. de vi. triti. &
oleo legato. Nam fructus sequentis anni, non sunt fructus primi
anni, qui debebantur collectori, vt ibi latius. Insuper est sciendũ
quod donans certum annuuz redditum ex possessionibus suis, si
promisit dare possessiones tanti redditus, cogit dare fundos me
diocres tanti redditus. l. si quis argentum. §. si vero. de donatio-
nibus. Si vero simpliciter donauit certum annuuz redditum ex
possessionibus suis, tunc fauetur ipsi donatori, vt liberet assignan
do possessiones mediocres tanti redditus, nec teneat subire illaz
curam & diligentiam predictorum, vt est casus ibidem, ſm aliam
lecturam. Non tenetur ergo donator tradere possessiones si no-
lit, si velit ipse subire curam predictorum, sed si velit tradere, ne-
cesse hz tradere mediocres, vt ibi. Et subdit Saly. in. d. §. si vero.
18 † quod si nominauit certum fundum ex quo dare promisit, ex illo
dari debet. l. cum certus. ff. de vi. tri. & oleo leg. Et subdit quod si
illi annui redditus nõ sufficiant ex illo fundo nominato, & querat
an suppleri debeat aliunde, vel de perceptis vltra in sequenti an-
no, est distinguendum. Aut fundus apponit ad designationẽ tm̃
faciendam, & tunc suppletur ex alio fundo, vt. d. l. quidam testõ, &
dicta. l. lucius. aut apponitur ad taxationem seu ad limitationẽ,
tunc de alio fundo nõ debet prestari, vt dicto. §. sacram. &. d. l. fir-
mio. Postea querit idem Saly. an de eodem puta secundo in se
quenti vbertate, & pleno debeat suppleri. Et dicit esse distinguen-
dum, quod aut promittit simpliciter certa quantitas, puta centũ
corbes frumenti, vel vini, aut quantitas annua. Primo casu pon
deranda sunt verba, qꝛ aut quantitas est simplex, aut ɔdõnata.
Exemplum primi. Si dicat centum corbes ex tali fundo, & tunc
in sequenti anno debent suppleri, vt. d. l. firmio. Exemplum scdi,
si dicat, centum corbes, ex eo, quod nascet in tali fundo, & tũc in
sequenti anno non suppletur, vt. d. l. certus. & l. si debitor. §. Nec
19 verisimile. ff. de contrahen. emptio. † tunc. n. relatiuum, quod ad-
iectum verbo futuri temporis ɔdõnem facit. l. stichum qui meus
erit, de leg. j. & l. nuper. de leg. iij. Secundo casu. qñ q̃titas ẽ an-
nua redditũum vel fructuum, tunc supplet & prestat ex sequenti,
annis, vt. d. l. legatum. §. vini falerni. ff. de annu. leg. ſm Petrũ &
Cy. & est rõ ſm eos, qꝛ lz relatiuum, quod faciat ɔdõnem, si nasca
tur, tñ multiplicatio quantitatis & annorum, suppleri facit qd in
primo anno defecit, si in secundo plus nascat ꝙ dẽat, q̃ xba sunt
multi ponderis. Bal. ẽt. d. l. si quis argentum. §. si vero, õt plura
excitantia ad speculandum, in primis, qd si quis pmisit dare mi-
bi quolibet anno. x. corbes frumẽti ex reddditu suaꝝ possessionũ,
& donator nolens hr̃e laborem conducendi frumentum ad domũ
donatarij, offerebat tm̃ terrenum de suo, qd sufficiat donatario,
ad istam redditionẽ audit offerens de possessionibus mediocri-
bus, & subdit pbari ex illo tex. quod ille fundus mediocris obla-
tus dz esse extimationis tante, vt eius fructus quindecim annis
equiualeant extimationi ipsius fundi. Et subdit quod si promissa
sunt decem quolibet anno, soluant, vel deponant. cl. ad redditus
percipiẽdos qꝛ tali summa verisimile est qd decem percipiant, vt
in. §. p vestras, de donationibus inter vi. & vxo. Et si vellet emere
predium, & soluere pretium, dẽret soluere illud, qd ɔputatis red-
ditibus pararet predium. Et si predium constat. cl. & debentur. x.
quolibet anno, illud erit predium competens, vt ibi probat, & pre
dicta sunt specialia propter liberalitatem donantis, ſm quosdã,
20 quod placet Bal. & Saly. ibi subdit Bal. † quod si testator fecit
testamentum, & instituit me heredez &c. mandauit qd quolibet an
no soluerem decem salmas vini fratribus mendicantibus, & hr̃s
pro illo legato velit assignare vnam bonam vineam, & dicat fra-
tribus, vos habeatis curã cultiuãdi & fratres replicent, qd no-
bis sunt nisi curaz bibendi, quod heres est audiendus ɔ religiosos p
illum textum, vbi videtur casus, si datur possessio sufficiẽs ad hãc
extimationem, hanc curam religiosi non possunt declinare pau-
lo. j. subdit qd fuit questio de facto in istis terminis. Ego pmitto
tibi de redditibus meis quolibet anno decez salmas vini, ego nõ
21 recolligo tot salmas, nunquid teneor supplere in pecunia? † Et re
spondet, quod si promisi nullo predio demonstrato, teneor supple
re quasi sit promissum in genere. Sed si promisi ex certo determi
nato fundo, pro illo anno, pro quo non percipitur non teneor, qꝛ
tacite inest ɔdõ, si nascent. l. j. ff. de ɔdi. & demon. & l. si debitor. §.
verisimile. de ɔtra. empt. subdit hec verba. vel dic plenius, vt hic
per Cy. & doc. in. d. §. sacram. Ista ergo ɔferũt ad declarationem
eorum, que supra posita sunt, & que supra posita sunt, ɔferunt ad
declarationem eoꝝ, que Bal. & Saly. dixerunt, q̃ strenuus iuri-
sta applicabit casibus pponẽdis. Areti. nr̃ de accoltis in suo ɔsi.
lv. aliqd tangit de articulo sterilitatis, an locum habeat in solu-
tionibus annuis faciendis respectiue ad fructus. Quod nõ ple-
quor, qꝛ sat prata biberunt in hac. q. xvi. principali, & alijs ɔsecu-
tiuis, aut fraternizantibus.

SVMMARIVM.

1 Decima papalis super fructibus alicuius beneficij imposita, an pensionarius in illis debeat de onere participare.

2 Usufructuarius pensionario equiparatur.

3 Decimas papales an teneantur soluere hi qui prioratus, domos aut pensiones habent a monasterijs.

4 Pensionarius quando ad decimas soluendas de pensione teneatur.

5 Pensio gratis constituta, beneficium dicitur.

6 Pensiones in beneficium habentes, ad decimas tenentur.

7 Defalcatum semel per legitimam, non debet iterum computari pro detractione trebellianice.

8 Dominus & colonus eius partiarius fructuuz soluunt decimas, quilibet pro rata.

Quid si dominus conduxit colonum nummis vel ei promisit certas mensuras.

Et quid si dominus locauit predium pro certis mensuris, seu pro certa pecunia ei per colonum danda.

9 Dominus quando sufficienter censeatur pro pensione soluere.

10 Argumentum de decima iure cõi debita non concludit ad decimam papalem extraordinarie impositam.

11 Pensionarius habens gratis & in beneficium, tenetur ad decimam papalem pro rata sue pensionis.

12 Impositio decime papalis, extraordinaria censetur.

13 Approbari debet ab omnibus id quod omnes tangit.

14 Uicarius percipiens fructus, decimam pape soluere debet.

15 Pensionarius cum proprietario ad solutionem decime papalis contribuere debet.

1 **Decimoseptimo.** † Quid si sit imposita decia papalis super fructibus alicuius beneficij, vel gñalr, an pensionarius sup dictis fructibus pẽsionem recipiens dẽat participare de onere dicte decime? Dec. q. vt puto, occurrit frequenter, nec memini me legisse illam in indi-

niduo formaliter tractatam explicite. Videtur dicendum qd sic, cum imponatur pro fructibus, arg. in. l. gnali. §. fi. de vsufru. leg. & in. l. neqz. de impensis. & l. hactenus. de vsufr. Bene facit quod no. Abb. in. c. prohibemus. in vlt. col. de censi. dum dt decrescentibus dere minui pensionem bnficij, et facit qd dixi. s. q. vij. & xv. 2 Suadet idē, † nam vsufru. & pensionarius vnr equiparari, scdm doc. in cle. j. §. eadem. de sup. negli. prela. & dixi. s. q. j. sed vsufruc. indubitanter teneret, vt p Bal. plene in. d. l. hactenus. ergo & pensionarius, q vr in effectu vsufr. similis, lz non pcipiat fructus, sed aliud, puta pecuniam certam pro parte fructuum vt plurimuz p tertia parte constitutam. Et ita videbatur superiore anno insigni doctori dno Victori de are. & mihi in. q. do. Pauli sui germani petentis a pensionario cui debat pensionem sup fructibus & redditibus ecclesie Aretine, sibi ztribui ad onus decime papalis generaliter iniuncte pro rata. Et visum est tuc vtriqz qd gl. ordinaria in terminis hanc qone decidat in cle. ij. de deci. in. iij. q. † vbi q rit, an hi q hnt prioratus, domos, gratias, pensiones, vel redditus a monasterijs, vel ecclesijs teneant ad solutionem decimaz, quas papa sepe imponit soluendas sibi pape vel alijs ex ca, & ad tps de fructibus bnficioz, & determinat, qd si hntes illa hnt ea in beneficium, & ex mera gratia ipsi tenent ad decimam. Si aut hnt illa ex zctu zductionis ad firmam, vel emptionis fructuum vel p mercede, & remuneratione sui laboris, tuc illi, quoz est pprietas, illa decimare debebunt. Ista verba sonare vnr † qd si pensionarius hret pensionem in bnficium ecclesiasticum, & in tituluz bnficij & ex mera gratia, indubitanter teneat ad talem decimam, qn aut habeantur in titulum bnficij ecclesiastici, dictum fuit. s. q. xij. Si aut habeant ex titulo oneroso & non ex mera gra, sed ex ca zductiois ad firmam, vel emptionis fructuum, vel p mercede & remuneratione laboz, tunc non teneant ipsi, sed illi quoz est pprietas. At in terminis nostris, pensionarius, cui ab apostolico vel ab alio auctoritatem hnte, zstituta est pensio sup fructibus & redditibus beneficij, monasterij, mense, vel dignitatis, no hz illum in titulu bnficij & pro spirituali, sed p iure tpali seu bnficio, aut officio tpali ex mera tn gratia, vt tn possit decentius & honorabilius vitam & statu sue psone, & zdoni congruentem sustentare, pro sustentatione & alimentis papa zstituit sibi solui illam pensionem qztitatiue habito respectu ad fructus & redditus, de qbus, & sup qbus illa zstituit que non solet excedere extimatione tertie partis fructuuz. Quid iuris, facit mihi dubium, qz gl. mea dt qd si hntes illaz pensionem, hnt in bnficium, & ex mera gratia, ipsi tenent, & non exprimit in bnficium ecclesiasticum illa gl. sed multipliciter dicit in bnficium. † Non est aut dubium qd pensionis zsto gratuita, est bnficium, vt dictum fuit. s. q. xij. qz est beniuola actio largo mo, & tn non est bnficium ecclesiasticum, & aliqui dixerunt, vt retuli in. d. q. xij. quod pensio no venit appellatione beneficij. Paulo. j. eadem gl. dum dt qd habentes capellanias, vel altaria tenentur ad decimas, assignat ronem, qz sunt beneficia ecclesiastica, vt patet in. v. q. illius gl. Et ita puto intellexisse gl. dum dixit in bnficium. s. ecclesiasticum, arg. tex. in. c. Quamuis. cle. j. de pre. in. vj. & ibi Domini. & eorum que dicentur in. q. xxx. Jo. de Jmo. referendo glo. ibi dt qd hntes pensionem in titulum vel ex gra tenent, & sic alternatiue. Similiter Paulus ibi. Et est notandum qd gl. ibi non q rit, an pensionarius teneat ztribuere, vt qrimus, & p rata soluere decimam de pensione qz recipit, cu imposita bnficijs & fructibus bnficioz attento qd pensio est bnficium, vt in. c. ad audientia. cle. ij. de rescrip. ibi dum dt alias pensiones seu alia bnficia cum simili. Jn zrium facit, qz non est bnficium ecclesiasticum. c. qzuis. de pben. in. vj. ibi dum dicit non in pensione, sed bnficijs ecclesiasticis 6 cum si. Si gl. dt disiunctiue prout reperi in pluribus lib. Cle. † qd hntes pensiones in bnficium, vel ex mera gra, tenent soluere decimas, vtiqz satis videret decidere qd hntes pensionem lz no in titulum beneficij dummodo ex gra, put recipiunt coiter hntes pensionem. s. ex gra tenerent ad solutione dicte decime, quo fieret, qd si pensionarius solueret decimam pensionis, no deret pprietarius beneficij grauati ad pensionem iterum soluere pro equaletia pensionis, alias semel decimatum itez decimaretur, videlicet semel a proprietario & semel a pensionario, quod videretur absurdum z notata in. l. quanqz. ad. l. falcidiam. & j. c. rannutius. & c. raynal 7 dus. de test. dum dnt † quod semel defalcatum p legitimam, non dz itez zputari in cumulo pro detractione trebellianice. & z notata p doc. in. c. tua. & c. cum no sit. de decimis, qd semel decimatuz no dz itez decimari, & z notata p doc. in. l. fi. §. de publi. Vbi bar. determinauit qd si locaui fundum pro. c. florenis, & colonus pcepit fructus, & p eis soluit gabellam, dns no tenet soluere. de. c. florenis, qz soluta est p fructibus, quoz zemplatione beo. c. florenos, & qz pp gabellam locaui minori pretio, de quo p Jnno. in. c. fi. de decimis. Si vero gl. diceret zunctiue seu copulatiue in bnficium, & ex mera gra, tuc qz meis doctoribus vr esse illa in beneficium. s. ecclesiasticum, cum pensio non sit bnficium ecclesiasticum vtiqz pensionarius non teneret, sed vis esset, vtrum p illa pensione dns deret in aliquo restaurari quasi grauatus ad quantitatem dandam pensionario succedentem loco partis fructuum, qua pensionarius hz ex ca lucratiua. Et quidem in decimis coi iure debi 8 tis solet dici † qp dns & colonus eius partiarius fructuum soluunt ambo decimas qlibet p sua rata fructuum, vt. d. c. tua nobis. Si vero dns zduxit colonum nummis, qz pmisit colono certas mensuras, siue nascant fructus, siue non, aut certos nummos, & tunc onus decimaz spectat ad dnm, ad quez spectant oes fructus, nec dz hre ratam eoz, q dz colono. c. non est. & c. cum non sit, de decimis. Jnn. tn vult qp colonus tunc soluat p suo lucro deductis expensis. Si vero dns locauit prediuz colono p certis mesuris seu p certa pecunia p colonum dada dno, & oes fructus remanet colono, tuc onus decime spectat ad talem colonu, & dns nihil dz soluere p pensione, q sibi deret, fm Jnn. in. c. cu non sit, de decimis, & hoc est qd dt Bar. in. d. §. quoties. Nec mirum fm Bar. qz vr fecisse p minore pensione pp onus decime, & gabelle, qd inheret zductori pp fructus remanentes apud eum, cu sit onus fructuu. c. pastoralis. e. ti. de decimis, & qsi videat transtulisse in zductore 9 fructuu cu onere suo. † Jte satis vr dns soluere pro pensione, cuz pp onus decime remanens penes zductore, recipit minorem pensionem rone oneris annexi. Aliqn dns recipit aliqz quotam fructuum rone tributi, seu census zemplatione psone sue, & tenetur soluere decimam illius tributi, fm doc. in dictis locis. Aliqn qs recipit certam partem fructuum rone aduocationis vel seruitij, & tenet de hoc suo lucro soluere decimam, lz pdium fuerit decimatum. c. ex transmissa. de decimis. Aliqn dat alicui gratis aliqua portio fructuum, & idez, qz soluit de hoc lucro, lz pceptori fructuu fuerit acervus fructuum decimatus, fz doc. coiter in dictis locis, 10 lz Jnn. in hoc z. † Argm aut de decima debita coi iure non e concludere ad decimam papalem extraordinarie impositam, de q in d. cle. ij. de decimis, q imponit ex ca & ad tps, quod pz et, qz in illa papali hr ro expensaz, vt ibi dt gl. q no hr in decima coi iure debita, vt in. c. cuz sint homines, de decimis, & dicet. j. xix. q. Redeundo igit ad qo. nostram. cum ista decima papalis imponat habito respectu ad fructus, lz redditus fructus in effectu sint de ecclesiasticis fructibus ecclesie grauate, si. c. floreni sunt zstituti alicui p pensione sup fructibus & redditibus ecclesie predicte, satis videntur subrogati qztitatiue loco fructuu in pecunia, vel in certa quantitate fructuum & gratis, lz non in titulum nec in quotam fructuu ne det scissura beneficij, z. c. maioribus. de preben. vt dictu fuit. s. 11 q. vj. † vnde cum pensionarius habeat gratis, & in bnficium, lz no in beneficiu ecclesiasticum, satis vr iustum ipsum pensionarium teneri ad decimam papalem pro rata sue pensionis, deducendu ex decima papali soluenda p ecclesiam proprietariam. s. grauando illam in tanto minus, quanta est portio decime soluenda p pesionarium, vel in dando regressum proprietario integre decima soluenti z pensionarium retinendo, vel aliter, vt in simili dr de collatione dotis, in. l. dotis quidem. C. de collationibus. Nisi forte dicere posset pensionarius, quod in habendo ronem oneris pensionis imposite ecclesie grauate, esset facta deductio sumptuu & onerum extraordinariorum, vtputa, quod nitidi redditus essent floreni. ccc. onerosi essent floreni. cccc. qz tuc si ita esset, posset dicere pensionarius. Ego satis soluo, cu pp onera deducta heam minorem pensionem sicut. s. dicebamus, alleg. Jnn. & Bar. in alio ca 12 su, sed hoc non vr posse dici, † cum hec decime papalis impositio sit extraordinaria, & tunc gnalr imponit bnficijs nulla hr ro nisi sumptuum & alioz de qbus in. d. cle. ij. Et qn imponit pensio cosueuit hri respectus vt no sit grauior tertia parte redditu, nullu habendo respectum ad decimam papale exhauriente facultates ecclesie grauate. Que ergo ro patit qd prelatus soluat pape decimam oium fructum, q hz multa onera, & pensionarius hns pensionem nitidam titulo lucratiuo, sit immunis ab omni onere decime, vtiqz no video, nisi dicas qd vterqz soluat, & pprietarius integre pp integros fructus, & pensionarius decimam sue pesionis lucratiue. Sicut. s. dicebat de coi iure debita, qd no vr, qz diuersa est ro imponendi ista papale. Et hoc vr innuere similitudo de vsufr. ad pesionariu, vt dixi in prin. Hoc et vr innuere Jo. de li 13 gnano in. d. cle. ij. dum dt † qd si duo sint plati in vna ecclesia parochiali, puta patronus clericus & vicarius, q vicarius ex antiqua consuetudine colligit fructus omnes, de quibus prono soluit. c. libras annuatim, residuum sibi retineret, & clericus pronus

de parte

de parte sua soluit decimam ꝓ tota ecclesia, ꝛ sit facienda taxatio decime ꝛ dubitet̃, an sit facienda cum vicario q fructus colligit, an vero cum patrono qui decimam soluit, rn̄det quod nisi cõsuetudo introduxerit aliud, fiet cum illo, qui fructus colligit, vocato illo qui decimam soluit, qꝛ quod oẽs tangit ꝛc. vt in regula iuris. Quod omnes tangit. Nam dum dicit qd clericus patronus, q pcipit singulis annis centum libras a vicario colligente fructus oẽs ꝛ residuum sibi retinente, soluit de parte sua decimam pro tota ecclesia, infert qd vna tantum decima soluitur inter ambos ꝓ tota ecclesia. Quod aũt ipse patronus clericus ꝛ vnus ex duobus platis dicte ecclesie pcipiens. c. libras. soluat integram decimam pro tota ecclesia, illud presupponit inductum a ꝯsuetudine antiq̃, igit̃ de illo non facio vim. Aliqd et facere vr̃ quod dicit Old. ꝯs. clxvij. dum presupponit fuisse ordinatum in ordinatione cuiusdam vicarie, quod vicarius daret pceptori annuatim. l. libras. ꝛ si ꝯtigerit decimam imponi per papam prestaret solum. l. ꝛc. Ex qbus infero quod minuet̃ pensio ordinata de. lx. annuis dandis ꝑ vicarium pceptori, superueniente impositione decime papalis, propter qd onus decime inherẽs ipsi vicario fructus colligẽti releuat̃ ipse vicarius soluẽdo. l. tantum, ꝛ sic releuat̃ in. x. nec obst. qd ille. x. libre in illis terminis videantur prestari per vicarium fructus pcipientem ꝛ pensioẽ soluentem, non aũt ꝑ ipsum perceptorem pensionarium, vt ibi decidit Old. de quo dicetur. §. q. xxij. † Naz hoc 14 est conueniens iuri quod vicarius fructus percipiens decimã soluat integram pape, qꝛ tñ de solutione pẽsionis de. lx. ordinate defalcantur. x. in damnum perceptoris, iudicatur illam pensionem congrue debuisse ferre onus decime, lꝫ ista non concludant qꝛ procedunt ab institutione primeua. Volui videre extrauagantẽ Bonifacij. viij. que incipit, declaratio, ꝛ inueni quod loquitur alternatiue in beneficium, vel ex mera gratia. Et per ea que potui colligere vno discursu, illa declaratoria facit pro hac parte in quam inclino, videlicet † quod pensionarius debeat contribuere pro sua 15 rata ad solutionem decime. Postq̃ hec scripseram, ꝯtuli cũ dño Nicolao de Castello aduocato ꝯsistoriali ꝛ fiscali ꝛ magno pratico in Cur. Romana, ꝛ petij, quid viderat obseruari, rn̄dit se plu ries interrogatum dixisse, quod pensionarius debeat contribuere cũ proprietario in solutione dicte decime papalis, cum sit onus reale. Placuit inuenisse contestem non parue auctoritatis, ꝛ socerum domini Antonij Caccialupi filij mei, in quo mihi deus bene complacuit.

SVMMARIVM.

1 Pensionem recipere debenti qualiter succurratur, si spolietur.
2 Prescriptio vel consuetudo allegat̃ si titulus ostendi non possit.
Pensio potest imponi ꝛ augeri per episcopum iusta causa subsistente, secus est in censu.
3 Consuetudo contra omnes ecclesias allegata, non prescriptio, sꝫ consuetudo est censenda.
Iens ad curiam possessionem pensionis sibi negate non perdit.

1 Decimooctauo quero † Si pensionez recipere debẽs, sit spoliatus, qũo ei succurrat̃. De hoc videndũ in. c. q̃relã. de electione, per canonistas. ꝛ in. c. fi. de cau. pos. ꝛ ꝓprietatis, ꝛ ꝑ legistas in. l. si certis annis. C. de pac. ꝛ Bar. in. l. iij. ff. quo. bo. ꝛ per dños de Ro. in antiqs, vbi oĩno videndũ ꝯclu. vij. in fo. xix. ꝛ i nouis ꝯclu. j. iiij. v. ꝛ. vj. ꝛ ꝑ Egid. ꝯclu. clviij. Vide et omnino in materia pensionis Old. ꝯsi. ccxxv. incip. Quidam eps, in fi. Qui negant pensionem, solent se fundare in. c. prohibemus, de censibus, 2 † in contrarium quando non potest ostendi titulus, solet allegari prescriptio vel consuetudo, iuxta no. in. l. cum de in rem verso, de vsur. ꝛ. l. si certis annis. C. de pac. vidi solennes allegatiões ꝙ sufficiat cursus decennalis etiam ꝯ ecclesiam, que dr̃ debitrix pensionis, qꝛ. d. c. prohibemus, loquit̃ in censu, secus illi videbat̃ in pensione que potest imponi ꝛ augeri auctoritate episcopi, si iusta causa subsit, vt ibi no. ꝛ est tex. in. c. preterea. de censi. ꝛ pro hac differentia inter censum ꝛ pensionem, Rota in antiquis. xxxvij. ꝛ i nouis. v. ꝛ. vj. ꝛ no. in. d. c. q̃relam, ꝛ per Bal. in. l. ij. C. de seruituti. Scdõ rn̄det̃ ꝙ illud. c. ꝓhibemus, non prohibet, ne antiqui non augmentati non exigantur. Sed ne noui imponant̃, nec veteres augeantur, vel tertio dicebat qd loqt̃ qñ Episcopus apponeret in ipsa fundatione beneficij singulis annis ad aliqd soluendum, vel impositum vellet augere, secus vbi exigeret de ꝯsuetudine ab aliquibus ecclesijs certam pensionem, fm Host. ꝛ do. Anto. i. c. dilecto. de offi. Archi. ꝛ Archi. in. c. seruitium. xviij. q. ij. vbi vr̃ sentire quod sufficiant. x. anni, iunctis dictis do. Anto. ꝯsi. xxij. in ver. In ꝯrium, ꝛ dictis eiusdem in. c. fi. de ꝯse. † ꝛ qñ allegaret̃ ta 3 lis consuetudo contra omnes ecclesias, esset consuetudo non prescriptio. Et singulariter loquitur Bal. in. d. c. querelam. pro intellectu. d. l. cum de in rem verso. Videatur omnino Butrius in. d. c. fi. de cau. pos. ꝛ proprie. ꝛ Inn. in. c. querelam. de electio. ver. dico. item. in. c. peruenit. de censi. versicu. quid in censu. Estq; notandum quod non ideo dicitur quis perdidisse possessionem exigẽde pensionis, qꝛ ille negauerit ꝛ ideo iuerit ad curiam, qꝛ qui adit ꝑtorem non perdit possessionem. Bal. ꝛ But. in. d. c. c. querelam. alle. Inn. in. c. ij. de in integ. resti. de materia vide Bal. in. l. in. l. ij. C. de serui. ꝛ aqua. col. xiij.

SVMMARIVM

1 Renuntiare beneficio potest quis licite in manibus pape, ab eodem obtinendo impositionem annue pensionis soluende ꝛc.
2 Pactione inter priuatos cessante, potest papa pensionem concedere ei, qui renuntiaturus est.
Fructus beneficiorum debentur aliquando ei, qui in eis titulum non habet.
3 Papa dispensare potest in his, que per constitutionem ecclesiasticam inducunt simoniam.
4 Executio ordinis non confert̃ in omni collatione beneficij.
Papa crimine simonie inuolui potest intellige vt nu. seq.
5 Papa legi ecclesiastice non subditur.
6 Iuramentum quando mandetur partibus prestari, qd nulla conuentio simoniaca interuenerit.
7 Renuntiatio facta cum spe de certo successore simoniaz inducit.
Simonia non inducitur voluntate sola.
8 Simonia mentalis sola penitentia aboletur.
9 Renuntiatio simoniaca non tenet; ꝛ quando dicatur simoniace facta.
10 Resignatio simoniace facta non tenet, etiam in resignantis preiudicium.
11 Renuntians beneficio, vt nepoti detur, non incurrit simoniam, si de hoc nulla fuerit conuentio facta.
12 Simonia non dicitur, si beneficio renuntietur, vt alij detur.
13 Simonia nunq̃ inducitur sola intentione aut voluntate, in his q̃ prohibentur ecclesiastica constitutione.
14 Pensiones constituere lꝫ renuntiantibus beneficijs suis.
Pensionis imponende que sint iuste cause.
15 Resignatio beneficij facta cum pacto, quod alicui det̃, est illicita.
16 Tractatus de renuntiando certo modo non est prohibitus, sꝫ pactio firma est prohibita.
Simonia sicut non cadit in papa ita nec in resignatione in eius manibus facta.
17 Papa sciens ꝛ tolerans videtur remittere, ꝛ vitium, si quod sit, purgare.
Beneficia non fuerunt a deo ordinata.
18 Papa resignationem sub conditione vel pacto admittẽs, ex certa scientia dispensare videtur.
19 Pensio cum beneficiati assensu adiecta beneficio, non inducit simoniam, nisi ꝛc.
20 Littere apostolice reseruationis vel assignationis alicuius pẽsionis annue expediri non possunt super fructibus alicuius bñficij, absq; illius assensu, qui pensionem soluere debet.
21 Resignatio beneficij pura ꝛ simplex esse debet.
22 Permutatio de spiritualibus ad temporalia est a iure iprobata.
23 Auctoritas pape, an operetur in his in quibus nulla subest causa iusta.
Dispensatio pape facta sine causa potius dissipatio dicenda est, q̃ dispensatio.
24 Voluntas pape dispensantis in prohibitis iure positiuo sufficit pro causa.
25 Lex sicut ꝑ papam ex sola voluntate potest fieri, ita per solã eiusdem voluntatem potest cum ea dispensari.
Dispensatio debet esse cum causa quando fit contra legem canonicã fundatam in aliqua ratione descendente a iure diuino vel a dictamine rationis naturalis.
26 Papa in beneficialibus liberrimam habet potestatem.
27 Dispensatio facta sine causa contra ius positiuum non reddit dispensatum in conscientia tutum.
28 Papa non concurrentibus requisitis nõ posset de ordinaria pte pensionem constituere, causa non cognita.
Dispensatio contra ius diuinum facta est ipso iure nulla.

29 Papam vti plenitudine officij differt ab eo, quod est vti potestatis plenitudine.
30 Papam in bñficialibus liberam hr̃e ptãtem, duo importat.
31 Dispõ pape in bñficialibus vz absq3 clausula, nõ obstante ⁊c.
32 Juris diuini esse aliquid, quadrupliciter intelligi potest.
Jus canonicum largo modo dicitur eius diuinum.
Statuta pape, ⁊ synodi appellantur statuta hominum, ⁊ non ipsius dei.
32 Jus a presidentibus editum in ecclesia militanti, non diuinum dicitur, sed humanum.
34 Leges assumi possunt ad canonum interpretationem.
35 Peccare mortaliter non dicitur, qui ob iustam causam iuris humani obseruationem omittit.
Jus diuinum proprie quod dicatur.
36 Scripture sacre quomodo a spiritu sancto processerint.
37 Jus diuinum quas contineat scripturas.
38 Euangelium dicitur lex noua.
39 Scripture sacre quedam prohibent, ⁊ quedam precipiunt.
40 Lex mosaica triplicia continebat precepta.
41 Judicialia legis mosaice quare nunc non obligent.
42 Precepta moralia decalogi sunt de iure diuino proprie sumpto.
43 Dispensatio commensurationem quandam distributiõis vel applicationis cuiusdam cõis ad contenta sub ipso importat.
Dispensare dicitur quasi diuersa pensare.
44 Dispensatio quid proprie dicatur.
45 Dispensatio quando dicatur iuris interpretatio.
46 Papa de iure potest super ius dispensare.
47 Dispensatio dicitur simpliciter iuris relaxatio, quando aliquid est mere indifferens inter bonum ⁊ malum.
Dispensatio pape, an cadat circa ius diuinum.
48 Papa quando circa ius diuinum dispensare non possit.
49 Apostoli Pauli. ẜm Thomam aquinatem, doctrina diuersa.
50 Papa quare cum bigamo dispensare possit, vt ordinetur.
51 Papa ex magna causa dispensare potest contra doctrinam apostolorum tu vide, non enim capio hoc verbum.
52 Papa dispensare potest in penis in lege veteri taxatis.
Papa qualiter dispensare possit in voto, ⁊ iuramento.
53 Papa in votis ⁊ iuramentis non dispensat, sed declarat.
54 Prelatus in voto dispensans, nõ in precepto iuris naturalis, vel diuini dispensat, sed ⁊c.
55 Papa an possit dispensare in voto solenni per professionem religionis emisso.
56 Dispensatio iur̃i non fit, vt aliquid ꝯ iur̃m fiat, sed vt ⁊c.
57 Dispensatio non cadit, iur̃o aliqd manifeste licitum continente.
Prelatus potest irritare iuramentum sibi factum a subditis, circa ea que sunt in ipsius potestate.
58 Priores ciuitatis non possunt decernere contra statuta populi, ea tamen declarare possunt ⁊ interpretari.
Par in parem non habet potestatem.
59 Priores quando licite possint aliquid decernere aduersus statuta facta a populo.
Papa contra que apostolorum dicta dispensare possit.
60 Papa dispensat aliqñ cum moniali professa, vt m̃rimoniũ ꝯhat.
Generationi ⁊ propagationi potius insidendum q̃z religionis ingressui, ⁊ hoc contra eos qui mare ⁊ arida circuneunt, vt faciant proselitos seipsis peiores.
Filius vnicus Regis peccat religionem ingrediens.
61 Papa potestatis plenitudinem habet in ecclesia.
Papa in preceptis moralibus, in fidei articulis ⁊ noue legis sacramentis dispensare nequit.
62 Papa non est supra ius diuinum, sed sub ipso.
Fundamentũ ecclesie ⁊ fidei est Christus, nec aliud ponendũ est.
63 Arbitrium ⁊ baliam hñtes super bono statu ciuitatis, vigore talis arbitrij non pñt mutare ordiñe, ⁊ regimen ipsius ciuitatis.
64 Precepta decalogi quo ad iustitiam in eis contentam immutabilia ⁊ indispensabilia sunt.
Principem sua lege non astringi, qualiter intelligatur.
65 Uicariatus pape illa dicitur concernere que post fundationez ecclesie operanda sunt.
Claues date Petro quid operari possint in ecclesia.
66 Papa dei vicari⁹ qd possit i ecclesia, dispẽsator qppe ẽ nõ dñs.
67 Papa an possit dispensare sup beneficioꝝ pluralitate incompatibilium, ita vt dispensatus sit in conscientia tutus.
Papa non potest indistincte dispensare in omnibus, que sunt de iure positiuo.
68 Pluralitas beneficiorum non est de pure malis, ⁊ vnitas non de pure bonis, sed de medijs.
69 Dispensatio super pluralitate beneficiorum quando sit licita.
70 Papa ecclesie bona absq3 graui peccato alienare non potest.
Malum esse non desinit, circa quod papa dispensauit.
71 Pastor quid respondere debeat oui petenti licentiam errandi.
72 Dispensatio facta motu proprio pape, tutior est quo ad deuz, ea que dispensato vel alio postulata fuit.
73 Canscientiã scrupulosam ex opinio. proprij capitis nemo hr̃e dz.
Conscientia dubia non ligat ad mortale.
74 Papa an possit licite vni ecclesie pensionem imponere absq3 cã rationabili.
Dispensare debens de iure tantum, causa cognita dispensare debet, secus in eo qui ad libitum dispensare potest.
75 Papa an possit dispensare cuz rectore ecclesie vt testari possit de bonis contemplatione ecclesie quesitis.
76 Clericus cum licentia pape non potest testari de bonis intuitu ecclesie quesitis.

Circa decimamnonam qõnem, q̃ est frequentissime cognita in theorica ⁊ pratica, ⁊ in foro fori, ⁊ in foro poli, ⁊ in qua accuratissime ꝯsuluit ⁊ scripsit excellentissimus doct. d. Fely. in. d. c. ad audientiam. de rescrip. ⁊ de q̃ ego ẽt sepius interrogatus sum, ⁊ sup q̃ vidi ẽt varia rñsa prudentũ, cũ hẽat multa capita, loquar br̃, ⁊ q̃zto ꝯpẽdiosius potero. ¶ In primis posuit idẽ do. Fely. ꝯsi. ⁊ lectura hanc ꝯclusionem. 1 † Quod licita ꝯscientia põt qs renũtiare in manibus pape bñficio obtinendo a papa impositionem annue pensionis soluende sibi annuatim p successorẽ de fructibus illius beneficij, ẽt si renuntians prius tractasset cum amico, qõ si ipsum beneficiũ a papa obtinuerit, soluet ei prompte dictam pensionẽ. ⁊ ipse renuntians gesserit semp in animo, ꝙ ille amicus habeat statim ei succedere in beneficio renũciato, ⁊ alias non renũciasset, si secus credidisset, nã talis tractatus ⁊ talis spes nõ inducunt simoniã ẽt mẽtalẽ. Motus ẽ. Nã lz renũtiatio dẽat esse libera, ⁊ pura, sine vlla pactione. c. ex parte. cle. j. cũ gl. in verbo, oino. de offi. deleg. ⁊ alijs iuribus. j. allegãdis, tñ impetrare a papa reseruationẽ dicte pẽsionis, nõ inficit ipsam renũtiationem, postea quã cũ priuato nulla est inserta ꝯuẽtio in renũtiatiõe. Ita ꝯcludũt Moder. in. c. nõ satis, de simo. vcz Ab. Anania. ⁊ Socy. de Senis. dicẽtes 2 † qõ cessante pactione inter priuatos põt papa ꝯcedere pensionẽ ei, q renũtiaturus est. Idẽ dt tenere Archi. floren. ij. parte sue summe. ti. j. c. v. ver. de renũ. dicẽs ꝙ auctoritate superioris licite fieri põt, qõ dimittẽti bñficiũ deẽ aliqd tpale, vt in. c. nisi essent, de pben. p quẽ tex. h. d. do. Ant. in. c. ij. de arbi. idẽ dt in. c. cũ pridẽ. de pac. Bene faciũt q̃ dicta sunt. s̃. q. iiij. ⁊. v. videmus. n. qõ papa hz ptãtẽ liberrimã, ⁊ disponit sepe, ꝙ fruct⁹ bñficioꝝ dẽanẽ aliqñ ẽt nõ hñti in eis titulũ. c. simplr. de rescript. in. vj. ⁊. c. si tibi ꝯcesso. eo. lib. ⁊ in extrauagãti Jo. xxij. Suscepti. Quod aũt dicta ꝯuentio, vel tractatus nõ inducat simoniã, allegant gl. in. c. cũ pridẽ. de pac. 3 † Nã in his q̃ p ꝯsti. eccle. inducunt simoniã, excusat auctoritas pape, qꝛ dispensare põt in talibus, ⁊ p ꝯñs vult ꝙ ꝯuẽtio pcedẽs purgeẽ ab oi simonia, pp auctoritatez pape, ⁊ illa gl. cõiter approbaẽ. Et si qs dixerit qõ imo talis simonia sit de iure diuino, de quo plene p Abb. in. c. extirpande. de pbẽ. §. q vo. co. fi. in repetitione. Rñdeẽ p Anani. in. c. j. de simo. qõ iura q̃ illud innuunt, vt. c. ex multis. j. q. iij. cũ simi. loquunẽ qñ pecunia interuenit p executione ordinis, secus si respicit titulum bñficij, vt in. c. ꝯstitutus, de relig. do. vbi pensio respicit titulũ bñficij ẜm Cardi. ibi, nec in oi collatione bñficij ꝯferẽ executio ordinis, 4 † pz qr ille cui fit collatio, iã exequebaẽ ordinẽ, vel qꝛ alias beneficiatus, vel qꝛ ordinatus ad titulũ p̃rimonij ẜm eũ, opinionem illius gl. d. c. cũ pridẽ. dt tenere Monaldũ in sua summa, ⁊ qõ papa põt in ista simonia inducta ex ꝯdõne eccle. statuere qõ vult, ⁊ dispensare nõ solũ in simonia mentali, sed in illa q̃ in pacto eẽt expressa, lz dicat qõ beatus Tho. ij. ij. q. c. arg. j. in fi. vult qõ papa possit inuolui in cric simonie. Qõ seqẽ Jo. de Turre cremata oliz Cardi. s. Sixti in tractatu de ptãte pape. q. lxv. Nã intelligit beatũ Thomã quo ad illa, circa q̃ ꝯmittiẽ simonia ex lege diuina, vt circa vẽditionẽ sacramentoꝝ, ⁊ similia spũalia, 5 † secus si. l. tm̃ ecclesiastica, cui papa nõ subijciẽ. Allegat ad hoc fratrẽ Nicolauz de Auximo ꝯprouincialẽ meũ in supplemento summe Pisane i vbo simonia, in fi. Ad idẽ alleg. Archi. xij. d. c. j. vbi dt qõ ꝯ beatum Thomam in his q̃ sunt ꝓhibita diuina lege, qꝛ simoniaca, opinionẽ vo. d. gl. in his q̃ sunt simoniaca, qꝛ ꝓhibita, vt sunt bñficialia, in qbus iõ ꝯmittiẽ simonia, qꝛ sunt ꝓhibita de iure positiuo, ⁊ de istis nõ loqẽ beatus Thomas ẜz Archi. quẽ ad lr̃az sequitur

quitur Pau.in cle.j.de sum.tri.ꝛ Dñicus in.d.c.j. Addit idem
Fely.qd aliud est pacisci,ꝛ ꝓmittere pensioné Titio,ꝛ hoc est ꝓ-
hibitũ,ꝛ simoniacũ,ꝛ ita dére intelligi vba Moder.in.d.c.non
satis. Et aliud est dicere,si papa imposuerit bñficio pensioné sol-
uendá,ꝛ hoc nó vr illicitũ,offero.n.me impleturũ mãdata aposto
lica. Si aũt pcederet pactio de soluẽdo plusq̃ papa ordinabit,
6 illa eét simonia.† Hinc est qd in ꝓuisionibus,q̃ emanãt in talib⁹
a papa,mãdat ꝑstari iurm ptibus,qd nulla simoniaca ꝯuẽtio in-
teruenerit,quã dt intelligi de ꝯuẽtione ꝯtinẽte plus in dato vel in
dando,quã ꝯtineãt lr̃e pape. Dicit tñ Ana.in.c.audiuimus.de
collu.deteg.ij.col.qd illi nó debent facere inter se pactũ, sed totũ
negociũ ponere in manibus supioris. Idẽ But.in.c. cũ pridem.
de pac.Fely.in effectu tz valet pactũ in forma pdicta. Subdit tñ
notabiliter,qd qñ renũtiatio fit principaliter ea intentione,vt al-
teri ꝯferat,ita paciscendo,renuntiatio dr simoniaca,ꝛ collatio,q̃
sequit,est ipso iur nulla, ꝛ pót impetrari bñficiũ tanq̃ vacans,vt
in.c.cũ vniuersoꝝ,de re.pmu.p quẽ tex.ꝛ p gl.i.d.c.ex parte.ita
7 decidit Ab.in.d.c.cũ vniuersoꝝ.† Qd aũt animus renũtiãtis q
sperat de certo successore,ꝛ alias nó renũtiaret,inducit simoniaz,
dt teneri p gl.in.d.c.ex parte.in vbo,dimittere,dicẽs qd in istis
ꝓhibitis ex ꝯdóne ecclesie,si nó interuenit pactũ,non sufficit sola
volũtas ad incursum simonie,ꝛ loqt de illo q renũtiat simplr,ge-
rit tñ firmiter in aio ꝙ Titius sit successurus,alias nó renũtiaret.
Idẽ Inn.in.c.tua nos.in fi.de simo.dicẽs qd renũtiare pbendã,
vt alteri ꝯferat,peccatũ est,si hoc exprimit in renũtiatione, secus
si adsit solus animus,qꝛ nó facit simoniã sola volũtas. Nó dt h
Inn.sed dt sic. In his q̃ sola ꝯstóne ecclesie sunt simoniaca,vt re-
nũtiar pbẽdã,vt alij det,lz sit peccatũ,nó tñ sufficit sola volũtas,
vt faciat simoniã.de offi.dele.c.ex pte.intelligo qd Inn.voluerit
8 dicere,qd qñ nó exprimit ꝙ renuntiat,vt tali det,† est peccatũ.s.
simonie mentalis,q̃ abolet p solã pniam,nó tñ sufficit volũtas,vt
faciat simoniã,q̃ nó possit aboleri pnia,sz indigeat dispensatione
Pape. Sola.n.pactio.i.expressio non pura,sz ꝯdónalis vel mo
dalis,vt tali ꝓuideat,facit simoniã mẽtalẽ,ꝛ hoc pbat in.d.c.ex
parte.in vbo,oino,iũcta gl.qñ vo exprimit,ẽ simonia, itelligeñ.
nó abolibilis p pniam. Et ita reperi postea tenere Host.in.d.c.
ex parte,ꝛ i.d.c.tua nos,satis expsse,ꝛ idẽ sensit i.c.ꝛ fi.q.§.qm.
eo.ti. Et hoc sensit ẽt Inn.in.d.c.ex pte.in gl.sup vbo, oino. Et
clare hoc determinat Abb.in.c.cũ vniuersoꝝ,de re.pmu. vbi dt
9 † qd renũtiatio simoniace facta nó tz,ꝛ subdit qd dr simoniace fa
cta,qñ fit principaliter ea intentione ꝛ pacto,vt ꝯferat ꝯsangui-
neo suo,vel ꝯsanguineo paciscẽtis,allegat no.j.q.j.c. ordinatio-
nes,ꝛ in.d.c.ex parte. Et subdit qd collatio simoniace facta ẽ nul
la,ꝛ iteꝝ subdit qd pt bñficiũ impetrari tanq̃ vacãs. Istud vr im
plicare ꝯdictioné,vcz qd renũtiatio nó tz,ꝛ qd sequẽs collatio si
moniaca sit nulla,ꝛ qd possit ꝯferri tanq̃ vacãs. Si.n.renũtia-
tio simoniaca est nulla,quõ pót dici ꝙ vacauerit. Intelligo qd re
nũtiatio simonioce facta nó tz,ꝛ p ꝯñs nó vacet. Itẽ ꝙ collatio
simoniace facta non tz,ꝛ hoc volũt Inn.Host.ꝛ Jo.an.in.d.c.cũ
vniuersoꝝ. Qd aũt subdit Abb.ibi qd pót ꝯferri tanq̃ vacans,
hoc nó dñt ibi neqz Inn.neqz Host.nec Jo.an. Sed forte posset
locũ hr̃e,qñ collatio esset fcã de bñficio vere vacãte,nã tũc cũ col
latio sit nulla,qꝛ simoniaca,ergo vacat.ergo pt ꝯferri,idẽ.s.qñ re
nũtiatio simoniace fcã nó teneat,ꝛ similiter collatio simoniace fa
cta nó teneat,sequit Archi.in.d.c.ordinationes. Et ppea Rota
10 in antiqs,ꝯclu.ccxxxvj.in impressis fo.xiij.dt † qd resignatio fcã
simoniace nó tz ẽt in piudiciũ resignãtis.alleg.Inn.in.d.c.cũ vni
uersoꝝ,ꝛ Archi.in.c.dudũ.de pben.in.vj.ꝛ Ber.in.c.sup h.de
renũ.sup vbo,pecunie. Bene facit qd dr in bisignetis,in ti.de re
nũ.ꝯclu.vlti.vbi dt qd resignatio ꝯdónalis nó vz,ꝛ sentit qd non
reijcit ꝯdó lz inutilis. Qui ergo renũtiauit p simoniã , si renũtia-
tio nó tz,dẽret recuperare ecclesiã,quaz resignauit,vt dt gl.in.c.
sup hoc.de renũ.sup vbo,pecunie. Sed hoc falsum est,dt eadem
gl.qꝛ priuari dz ea,qꝛ simoniã ꝯmisit,qd notãdũ puto. Sed cum
dẽat priuari ꝛ nó sit priuatus,vr restituẽdus ad bñficiũ,donec ꝑ-
uet,ꝛ ita sentit But.in.d.c.sup,idẽ Host.d.Ant.ꝛ cóiter alij in
d.c.fi.de simo.idẽ Archi.flo.in summa,loco pallegato, vbi for-
11 maliter dt † si qs renũtiat bñficio,ea intẽtione, vt det nepoti vel
alteri,nulla de hoc facta ꝯuẽtione,nullã incurrit simoniã. Refert
tñ qd frater Nicolaus de Auxima i loco palleg.dt qd circa bñ-
ficialia sola mens nó inducit simoniã obligatã ad restóné, sz men
talẽ q̃ abolet pnia.c.fi.de simo.cuius dcm lz aliter frater Nico-
laus nó ꝓbet,illud Sandeus dt in.d.c.ad audiẽtiã,posse saluari
in simonia mẽtali circa ꝓhibita lege diuina in veteri testó,nó aũt
circa prohibita simplr pp ꝯstónes ecclesie,qꝛ doc.oẽs simplr dñt
ꝙ nullã simoniã incurrit. Et ió fm eũ,gl.in.c.ordinationes.j.q.j.

12 expsse dt,† qd renũtiare bñficio vt alij det,nõ est simonia nec suffi
cit sola spes. Quod ẽt late firmauit Archi.j.q.i.qcũqz, dicẽs qd
volũtas renũtiãdi bñficiũ ad ꝯmodũ alterius,nó facit quẽ simo-
niacũ,etiam si progrediatur ad actum renuntiandi, nisi progre-
diat ad actũ paciscẽdi,vbi tñ ille de quo cogitat,sit idoneus, sz in
ꝓhibitis,qꝛ simoniaca,sufficit sola volũtas,vt p gl.in.d.c.ex pte.
fz eũ. Ex cuius dictis dt idẽ Fely.clare patere quõ dẽat intelligi
dcm fratris Nicolai vbi.s.ꝛ illa dicta dt seq Dñicum in.d.c.q-
cunqz,ꝛ subdit qd Jo.an.in.d.c.tua nos,de simo.dt qd qcqd sit,
13 tenẽdũ ẽ,† ꝙ nunq̃ sola intẽtio,siue volũtas inducit mẽtalẽ simo
niã in ꝓhibitis ꝯstónibus eccle. Adducit ad ꝯfirmatioẽ sue có
clusionis idẽ Ferrarieñ.ꝯsideratioñe Pet.de anc.in simili in sua
disputatione incipieñ.antiqs ꝛ modernis tporibus,vbi tractaret
an sint licite annue solutiones Montis Venetiaꝝ,ꝛ Flo. Vide-
mus.n.inqt idẽ Fely.quotidie fieri renũtiationes in manu pape,
ꝛ ꝯcedunt reseruationes pẽsionũ ipsis renũtiãtibus,sciẽte papa,
qd ambe ptes de hoc prius tractauerũt,ꝛ expediunt lr̃e,imo dat
eis forma p rl'as cãcellarie,quia qd nó valeat ꝯcessio pẽsionis ni
si de ꝯsensu illius q bñficiuz hẽbit. Vnde si auctoritas pape non
operaret plenã securitatẽ sup h ẽt in foro ꝯsciẽtie nó tolerassent
ista,neqz eis formã dedissent Ro.Pótifices tot,vt Martin⁹.v.
Eugenius.iiij.Pius.ij.Paulus.ij.ꝛ alij in ꝯstónibus nouissime
editis ꝯ simoniacos,in qbus opportune ꝓuiderunt circa varias
spẽs simonie,ꝛ de tali nil dñt. Vnde iste stilus curie vsat cũ reli-
giosis ꝛ alijs integerrimis viris,qbus cũ oner pẽsionis quotidie
ꝓuidet papa de bñficijs renuntiatis. Nã si auctoritas pape non
14 redderet eos tutos,immineret laqueus valde vniuersalis. † Et
ista dt idẽ Fely.ꝓcedere indubitãter,si aliq̃ rónabilis cã inducit
papam ad imponendum talem pensionem. Et dicit posse exem-
plificari ob multiplicem honestam cãm,puta senectutis renuntiã
tis,cui pium est prouidere de alimentis,ꝛ alia similis causa, de q
bus causis dictum fuit.s.q.iiij.ꝛ.v. Hec in effectu,ꝛ fere ad lr̃am
fuerunt dicta prefati do.Fely.quem videmus processisse satis fir
mo pede. Sed quid dixisset,qñ lz renuntiatio fiat simpliciter sub
spe quod amicus cum quo tractauit,habeat illud bñficium, ꝛ sol
uat dispositione pontificis pensionem tractatam ꝛ ꝯuentã,quate
nus papa ita decernat,vltra spem in animo ꝛ mente conceptam,
operatus est cum referendario vel cardinale, vel alio mediatore
qd prius intelligat firmam mentẽ pape volentis ꝓuidere illi ami
co cum onere pẽsionis tractate vel conuente , vt.s.ꝛ postea resi-
gnauit simpliciter quo ad voꝝ apparentiam,que expressit , sed
in veritate resignauit ob cãm future pensionis,ꝛ vt illi amico cuz
quo ꝯuenit,prouideretur ꝛ non alteri,alias nó resignaturus, ista
non ẽ nuda cogitatio,nó ẽ nudus animus,imo in rei veritate ven
tũ ẽ ad actus extrinsecos,qbus est aperta hincinde voluntãs re-
signaturi,ꝛ eius,in cuius fauorem facienda est resignatio, ꝛ cui ẽ
15 ꝓuidendum.† Item quid dixisset de illis,qui dant mandatum li
mitatum ꝛ specificum ad resignandum in fauorem alicuius,puta
Titij,ꝛ nó alterius nec aliter,satis pót colligi ex dictis suis quod
iste non esset panis albissimus,carens furfure.nam principlr fit
renuntiatio,ea intentione vt alteri ꝯferatur.s.Titio cum quo tra
ctauit ꝛ forte pepigit in euentũ quo papa approbet tractata ꝛ có
uenta,ꝛ in spẽ qñ mandatum fuit limitatum,vt resignaret Titio,
ꝛ non alteri,ꝛ cum tali pensione ꝛ non aliter,non vr aliquo pacto
posse excusari a nota simonie,fm Inn.ꝛ alios in.d.c.tua nos,de
simonia,ꝛ doc.in.d.c.ex parte,ꝛ Jo.an.in.c.j.de re.permu.in no
uella. Vidi allegationes famosis.doc.ꝛ practici curialis, dicẽtis
quod licet patruus ꝯstituerit ꝓcuratorem ad resignandũ in fauo
rem nepotis sui,qꝛ tñ non constituit ipsum ꝓcuratorem limitate
ad resignandũ in fauorem nepotis tantũ,sed simpliciter ad renũ
tiandum libere,lz adiecerit quod vt collatio fieret nepoti , suppli
caret pape reseruãdo sibi renũtianti pensioné ꝛc.nó erat talis re-
16 nuntiatio simoniaca.† Nam tractatus de renũtiãdo certo modo
non est ꝓhibitus,sed pactio firma est ꝓhibita.d.c.cum pridem.
de pac. Item quod resignando libere in manibus pape si admit-
tat non pót cadere simonia,qꝛ sicut in papa nó cadit simonia.l.j.
ad.l.iul.de amb.ꝛ p Cy.in.l.j.C.e.ti.ꝛ Host.in summa de simo-
nia. Ita nó cadit in resignatione in manu pape,qꝛ admittẽdo, vr
17 secum dispensare,ꝛ iura positiua soluere sup que pót.† Nam eo
ipso,qd papa habuit notitiã renũtiationis facte sub modo ꝛ for-
ma predictis,admittendo videtur purgatum vitiũ,tex.ꝛ gl.in.c.
¶ Quarto queritur, quis habet unum domicilium quod quidem domicilium est equaliter in duabus parochijs, ut puta in confinio duarum ecclesiarum parochialium, vel duas domos coniunctas in duabus parochijs, et ille legat cuidam tertie eccle. et ibi sepelitur, queritur de illo legato an debeatur cano. paroc. utrique dictarum ecclesiarum parochialium. Respondeo debetur unica quarta parochialis, que equaliter dividetur inter dictas ecclesias parochiales, ita dicit gl. ordi. in c. cum quis, de sepul. lib. vj. Dicebat Jo. in d. c. cum quis, sup gl. iiij. in novella, quod si aliquis sit parochianus

6 † duarum ecclesiarum quod in utraque parochia tenetur ad collectas. ff. de censib. l. forma. §. si vero. Et subdit quod si aliquis habitat in utraque parochia, quod munera personalia et etiam munera que imponuntur singulis parochijs in impositione eorum in eius electione est subire talia onera in qua illarum parochiarum velit. ff. ad mu. l. civis. Et subdit quod si aliquis habet unam domum, cuius pars est in una parochia, et alia pars est in alia paroc. et iste est artifex qui operatur artem in certa parte illius domus, quod decimas personales solvat illi eccle. paroc. ubi est pars domus ubi artem operatur.

¶ Quinto queritur, si aliquis habet unum casamentum, in quo habet introitum per unam partem, que est in parochia unius eccle. et habitationem habet in eodem casamento quod est in paroc. alterius ecclesie. Modo iste legat cuidam tertie eccle. et ibi eligit sepulturam, queritur de isto legato, cui debetur cano. parochialis, an illi eccle. in cuius parochia est porta, per quam habetur introitus ad illud casamentum, an vero eccle. in cuius paroch. est casamentum. ¶ Respondeo debetur illi ecclesie tantum, in cuius parochia est casamentum in quo habitat. Ratio quia introitus per illam portam est solum propter habitationem. ff. de lega. iij. l. predijs. §. penul. et antepe. ita dicit

7 Jo. de sepul. cum quis lib. vj. sup gl. iiij. ¶ † Sexto queritur, aliquis est parochianus duarum ecclesiarum, puta eccle. s. Micha. et san. Joan. et legat ecclesie san. Joan. et ibi eligit sepulturam, queritur an de illo legato cano. portio debeatur alteri eccle. paroc. s. s. Micha. videtur quod debeatur dicte ecclesie san. Micha. que parochialis est, videtur fieri iniuria, quia ab ipsa sumitur corpus et transfertur ad aliam eccle. ubi eligit sepeliri, et in recompensationem istius iniurie debebitur cano. parochialis, de sepul. certificari. In contrarium videtur, quod non debeatur canoni. quia nulla facta est iniuria dicte eccle. san. Michaelis, ex quo iste in alia ecclesia, seu parochia sepulturam eligit, cum in hac parochiali ecclesia, ubi eligit sepeliri debuisset sepeliri, si sepulturam non elegisset. Item potuit talis parochianus preeligere alteram ex illis duabus ecclesijs parochialibus, ar. ff. de leg. ij. l. cum quidam.

¶ Septimo queritur, cum ecclesie parochiali debeatur cano. de legato, quod fit alteri ecclesie, in qua sepelitur, queritur si testator tempore testi. erat parochianus unius eccle. et tempore mortis erat parochianus alterius eccle. an debebitur cano. parochiali ecclesie, cuius erat parochianus tempore testi. An vero ecclesie, cuius erat parochianus tempore mortis. Respondeo, quod si desijt esse parochianus tempore testi, quod tunc illi eccle. non debetur cano. sed debebitur ecclesie, cuius erat parochianus tempore mortis. Ratio

8 quia nulla iniuria facta est ecclesie, cuius erat parochianus tempore testi, ex quo desijt esse parochianus illius ecclesie. † Jura. n. que disponunt deberi canonicam, considerant quando de ecclesia parochiali assumitur corpus, et transfertur ad aliam ecclesiam, ut in c. certificari, de sepultu. hoc etiam inducunt ad recompensationem iniurie, que fit parochiali ecclesie, ubi debebat sepeliri, ut. c. primo, de sepult. et hoc plene probatur in capi. cum quis, de sepultu. lib. vj.

¶ Octavo queritur, quidam existens parochianus cuiusdam ecclesie constitute in villa pertinente ad aliquam civitatem propter guerras et hostilitates, seu propter gentes armorum, que stabant in illa villa recessit ab illa villa, ne ipse et sua familia caperentur ab inimicis, et transtulit se et suam familiam ad illam civitatem, ad quam pertinebat illa villa, et habitavit cum sua familia in parochia ecclesie constitute in d. civitate. Demum veniens ad mortem legavit cuidam tertie ecclesie et ibi eligit sepeliri. Moritur autem in paroc. d. parochialis ecclesie constitute in d. civitate, quero de legato cui eccle. paroc. debeatur cano. An vero dicte parochiali ecclesie constitute in d. civitate ubi ille mortuus est. An vero dicte paroc. eccle. constitute in d. villa cuius moriens erat parochianus. Respondeo, debetur cano. parochialis illi ecclesie constitute in d. civitate, ex eo quod ille moriens decessisset in illa civitate. Et ratio est, quia illa recedendo de d. villa propter dictum timorem non desijt esse parochianus illius ecclesie constitute in d. villa, nec censetur mutasse domicilium transferendo se de d. villa ad civitatem predictam, cum non habuit animum in civitate perpetuo remanendi, quod requiritur, ut censeatur domicilium mu

9 tasse. ff. † ad municipales. l. non utique. et l. domicilium. et l. eius qui. §. penul. C. de incolis. l. ij. lib. decimo. et l. civilis, et no. l. j. de munic. et origi. eo. lib. et no. Host. in summa, de parochijs. §. penul. ante finem. Durante igitur metu dicte hostilitatis seu guerre non dicitur habere animum mutandi domicilium quod habebat in d. villa, facit, quod metus cau. c. j. nec presumitur animus mutandi nisi probetur. d. c. j. in penul. gl. facit ad hoc. ff. de damno infec. l. si finita. §. si quis metu. de acqui. rerum domi. l. qua ratione. §. fi. et l. naturalem. §. in his, et institu. de rerum divisio. in fi. Simile quod non perdit possessionem qui metu hostium ab illa recedit si possessio ab hostibus occupata non sit. ff. de acqui. pos. l. clam possidere. §. qui ad nundinas, et ita no. Jo. de sepul. c. is qui. in novella, hoc dictum intelligo quando durante metu non accessit ad villam, sed si cessante metu remansit in civitate, tunc censetur mutasse domicilium quod habebat in villa et elegisse domicilium in d. civitate. Et sic parochiali ecclesie dicte civitatis in qua moriens habitabat debebitur canonica parochialis, non ecclesie parochiali constitute in d. villa, dicebat Fede. de senis, in consi. cclxviij. ver. item pone quod propter guerram etc. Quod si propter guerram quis recessit de loco proprio, et se alibi collocavit et cessante guerra redijt ad propria certe durante tempore guerre fuit parochia illius eccle. ubi se tunc collocavit, de parochijs. c. ulti. et ibi no. Host. et Archi. post eum. xiij. q. ij. §. quia quod minori spacio quam decennali † constituitur domicilium, ut no. Jo. de sepul. is q. li. vj. tene quod debeatur ecc. illius ville ex quo ad illam redijt et ibi divina audivit, ut. s. dixi.

10

¶ Nono queritur, parochianus unius ecclesie existens in infirmitate legavit cuidam alteri ecclesie parochiali, et ibi elegit sepulturam, et existens in infirmitate illa, de sua quidem ecclesia parochiali se transtulit ad ecclesiam cui legavit, et in qua sepulturam elegit, queritur an de illo legato debebitur canonica dicte parochiali ecclesie. Respondeo debetur canonica, ratio quadruplex est. Prima, quia non censetur domicilium mutasse, quod habebat in d. sua parochiali eccle. esto quod se transtulerit ad parochiam cui legavit. Secunda ratio, quia presumitur recessisse de parochia sue parochialis eccle. timore infirmitatis in qua erat, sicut videmus tempore mortalitatis, ubi infirmi existentes parochiani alicuius ecclesie timentes mortalitatem que est in illa parochia faciunt se transferri ad aliam parochiam ubi non est mortalitas. Tertia ratio est, quia videmus quod si parochianus unius ecclesie transfert se ad monasterium in infirmitatis articulo, de his que acquiruntur monasterio virtute professionis debebitur cano. paroc. eccle. de quo plene per Inno. in c. relatum. et c. is qui, de sepul. Quarta ratio, quia posset parochianus illius ecclesie in fraudem facere se transferri de loco parochialis ecclesie ad aliam ecclesiam, cui legaverat, ad hoc ut parochialem ecclesiam privaret cano. paroc. de quo per Jo. de sepul. c. ij. §. qui in novella, et ita intelligatur quod no. Damasus in titu. de testa. in. v. q.

¶ Decimo queritur, quidam non habens propriam domum conduxit quandam domum in una parochia et habitavit, demum finito tempore conductionis conduxit domum in alia parochia, et ibi habitavit, fecit testamentum, et cuidam tertie eccle. legavit, et ibi sepulturam elegit, queritur de illo legato, cui ex illis ecclesijs cano. debeatur, an eccle. in cuius parochia habitavit tempore testi, an vero ecclesie, in cuius paroc. habitavit tempore sue mortis. Videtur quod inspiciatur locus habitationis tempore testi. ff. de auro et arg. le. l. si ita, sed videtur quod inspiciatur locus habitationis tempore mortis. ff. de fun. instru. l. penul. et de pecul. peculium. Dicas debere inspici maioritatem et longinquitatem temporis. Nam si in prima parochia habitavit maiori et longiori tempore quam in secunda parochia, et in prima longiori tempore audivit divina et percepit ecclesiastica sacramenta illam ecclesiam censebimus parochialem, et illi soli debebitur canonica, et hoc est quod volunt doct. quod consideratur habitatio maioris temporis, de quo. s. in. j. q. si autem habitasset in utraque parochia equaliter, tunc illa canoni. di

uiditur inter ambas illas ecclesias, de sepul. cũ qs, lib. vj. ibi duz dicit text. equaliter se collocant. ¶ Sed incidenter queritur, pone ꝙ in prima ecclesia nõ audiuit diuina, nec ꝑcipit sacra toto tẽpore, quo habitauit in parochia prima, ſʒ in ſcda parochia habitauit minori tpe ⁊ ibi audiuit diuina, ⁊ ꝑcepit ecclesiastica sacra, queriẽ cui ex illis ecclesijs debeatur cano. Rñdeo ecclesie ↄstitu-

11 te in secunda parochia, quia plus debemus considerare †auditionem diuinoꝝ, ⁊ ꝑceptionem sacramentorum, quam habitationez solam in parochia sine auditione diuinorum, ⁊ perceptione sacramentorum, de sepultur. cum qs, lib. vj.

¶ Incidenter queritur, qdã habitauit in vna parochia ꝑ annuz, ⁊ ꝑ aliũ annũ in alia parochia, ⁊ in nulla dictaꝝ ecclesiaꝝ audiuit diuina nec ꝑcepit ecclesiastica sacra ⁊ legauit tertie ecclesie, ⁊ ibi elegit sepeliri, queritur an de illo legato debeatur cano. alicui dictaꝝ ecclesiaꝝ parochialiũ, ⁊ si debetur, cui ex illis ecclesijs debeatur, an vero debeatur vtriqʒ. Uꝫ ꝙ neutri dictaꝝ ecclesiaꝝ debeatur, eo ꝙ in nulla dictaꝝ ecclesiaꝝ audiuit diuina, nec accepit ecclesiastica sacra, vt in. c. cũ qs, de sepul. lib. vj. Credo ꝙ cũ cẽseatur habere domiciliũ in. ij. parochia, ꝙ illi soli debeatur cano. in nulla. n. culpa fuit ecclesia secũde parochie si suus parochianus no-

12 luit ibi audire diuina nec ꝑcipere sacra, sed fuit culpa †parochiani q̃ nõ dʒ redundare in preiudiciũ parochialis ecclesie. ¶ Item incidẽter queritur, qũo sumatur domiciliũ de quo loquitur. c. cũ qs, de sepul. lib. vj. Rñ. nõ sumitur eo. mõ quo hꝫ. ff. ad mu. l. placet, ⁊. l. domiciliũ, sed sumiẽ qñ habitat in loco sito in aliqua parochia, in qua audiuit diuina ⁊ ꝑcepit sacra. ¶ Dicebat glo. xiij. q. ij. vbicũqʒ, ꝙ domiciliũ intelligitur qs ↄstituere, cũ habitat in loco ꝑ decenniũ, vt. d. l. ciuis. C. de inco. Dicebat Archi. in. d. c. vbicũqʒ, ꝙ si qs ad ecclesiã aliã trãseat ⁊ ibi domiciliũ constituat cã ꝑmanẽdi, statiʒ fit parochianus illius eccle. ad cuius parochiã se trãsfert. Et subdit ibidẽ ꝙ si aliqs clericus cã studij trãsferat se Bononiã, nũquid intelligiẽ ibi habere domiciliũ, dicit Hosti. ꝙ nõ. ff. de iniur. l. cornelia. §. domũ, nisi post morã. x. annoꝝ, vt nor. Host. de foro ↄpe. ꝙ clericis, cũ dicit Archi. q̃ ibi recitabat opinionẽ Host. ꝙ. l. ciuis. C. de incol. q̃ dicit ↄstitui domiciliũ ꝑ decursũ. x. annoꝝ, hʒ locũ ſʒ ius ciuile, nõ aũt ſʒ ius canonicũ. Et iõ si clericus subiectus episcopo sine licẽtia epi se trãsfert Bononiaz ad studiũ, ẽt si ibi stet ꝑ decẽniũ, nõ ↄstituit ibi domiciliũ, nec efficitur de iurisditione epi Bonon. ex quo ↄduxit ibi hospitiũ, ⁊ explicãdo sarcinulas suas in studio se recipit. ff. ex qb. cau. maio. l. ab hostibus, in fi. De hoc ẽt ꝑ Hosti. de parochijs. §. qd de scholaribus. ¶ Demũ queritur. Titius habitat in vna parochia, puta in parochia san. Ange. Erat aũt parochianus alterius ecclesie, puta san. Mar. ⁊ in nulla istaꝝ ecclesiaꝝ audiebat diuina, nec ꝑcipiebat ecclesiastica sacra, ⁊ morã trahebat in qdã villa, vbi habebat amplas possessiones, ⁊ in ecclesia illius ville audiebat diuina ⁊ ꝑcipiebat ecclesiastica sacra, Demũ veniens ad mortẽ elegit sepeliri in loco fratrũ minoꝝ, ⁊ illi loco legauit, queritur cui ex illis ecclesijs debeatur cano. Rñ. illi ecclesie, in qua audiuit diuina, ⁊ ꝑcepit ecclesiastica sacra. Non obstat de sepultu. is qui. quia ibi loquitur de illo qui trãstulit se ad ecclesiã ruralẽ, tamen ibi nõ audiebat diuina, nec percipiebat ecclesiastica sacramenta.

13 ¶ Undecimo principaliter queritur †ecclesia parochialis vacauit lõgissimo tpe, ꝑꝑ q̃ʒ qdã vacationẽ parochianus illius eccles. nõ potuit audire diuina, nec ꝑcipeẽ sacra, q꞉ nõ erat rector a quo posset ꝑcipere. Modo iste parochianus legauit alteri ecclesie, ⁊ elegit sepeliri, queritur an de isto legato debeaẽ canonica paroc. ecclesie. Dicebat Bald. in suo tract. ꝙ nõ debeaẽ cano. paroch. eccle. nõ ꝑꝑ vitiũ eccle. sed q꞉ cessat rõ prestationis, nã ista cano. debeẽ ꝑꝑ passiones quas sustinet parochialis sacerdos i celebratione diuinoꝝ, ⁊ in ministrãdo parochianis ecclesia. sacra, de sepul. c. j. vñ dicit tex. in. c. dudũ. §. veꝝ, de sepul. ibi, cũ oparijs mercedis exhibitio debeaẽ. Optime facit de annuis lega. l. seio. vbi dicit ꝙ que ꝑꝑ laborẽ legãtur, cessante labore nõ debenẽ, pro hoc facit ꝙ cã finalis censeẽ ꝙ debeatur cano. portio, q꞉ administrat sacra, cessante ergo hac cã finali, cessabit dispõnis effectus, ꝺ quo plene in. c. inter corporalia, de trãslat. ⁊ ita tenebat Bal. in. d. suo tractatu. Hoc nõ est veꝝ, vñ dicebat Host. ⁊ Ioã. in. c. relatũ, de sepul. ꝙ vacãte eccle. paroc. vel rectore negligẽte põt eps suã portionẽ exigere, nõ sibi approbãdã, sed futuro rectori ↄseruãdã, vel iã instituto reddẽdã, de offi. ordi. cũ vos, pro hoc facit rõ, q꞉ eccl.

14 vacãte †iura sua debent ↄseruari, ne sede vac. c. j. Itẽ ꝑ vacationẽ eccle. nõ tollitur, nec perit ius paroc. ⁊ illud ius remanet vacante eccle. quo ad habitũ, lʒ nõ quo ad actũ, cũ nõ sit persona que ministret sacra, de celebratio. missaꝝ, cũ marthe. facit de rebus ecclesie. c. j. libro. vj. Itẽ q꞉ de ecclesia iudicamus siue sit curata habitu ⁊ actu, siue habitu tm̃, de preb. de multa, de elec. c. statutũ. li. vj. Itẽ parochianus legans alteri eccl. cẽseẽ legare cano. paro. eccl. q̃ tale legatũ debeẽ, esto qꝺ eccle. vacauerit. Itẽ lʒ vac. eccl. nõ fuerit ꝑsona, q̃ potuerit ministrare ecclesiastica sacra. Istõ euenit ꝑꝑ ipedimẽtũ facti, quo existẽte nõ preiudicatur ecclesie paro. in sua cano. vt plene dicã in. q. ꝑxima. Itẽ ecclesiã vacãtẽ equiparo hereditati iacẽti, cui quidẽ hereditati iacẽti nihil subtrahẽdũ est. ff. de vsuca. l. certã, ⁊. l. nũqʒ. §. vacuũ, eo. ti. ⁊. ff. pro empto. l. q cum. §. fi. ⁊. l. qui fundũ, in prin. ff. ex quib. cau. maio. l. cũ miles. Item cũ oĩa emolumẽta q̃ creditori eo viuente obueniunt, eadẽ emolumẽta euenire debent sue hereditati iacenti. Cũ ergo rector parochialis eccle. censeatur creditor quo ad parochialẽ canonicã, illõ emolumẽtũ qꝺ sibi de legato obueniret, illud qdẽ emolumẽtũ eueniret ecclesie vacanti. Item video qꝺ si qs est debitor alicuius ad

15 diẽ †sub pena, ⁊ iteriʒ debitor moriatur sic qꝺ iacet hereditas, tñ beneficio restitutionis subuenitur aduersus pene cõmissionẽ. ff. de verbo. obli. l. ad diẽ. ff. de vsur. l. pecunia, de quo plene ꝑ Dyn. in regula, cũ qs, lib. vj. Sic ergo dicã in rectore parochialis eccles. q̃ est debitor parochianoꝝ quo ad administrãda eis spiritualia, q̃ lʒ administrata nõ sint, q꞉ ecclesia vacat, tñ ecclesie nõ preiudicatur. Itẽ ꝑ hoc alleg. casuʒ de elec. cle. statutũ, vbi illa que ex iurisditione obueniunt prelato, illa quidem prelato mortuo obueniũt ecclesie vacanti reseruanda futuro successori, ⁊ ex iurisditione seu iure parochiali debetur hec canonica.

16 ¶ Duodecimo queritur, parochianus †ecclesie ꝑꝑ impedimẽtuʒ facti nõ poterat audire diuina in paroc. eccle. nec ꝑcipere ecclesiastica sacra, Iste parochianus legat alteri ecclesie, ⁊ ibi eligit sepeliri. Queritur an de illo legato debetur cano. sue paroc. eccle. ⁊ de impedimẽto facti pono multa exẽpla. Nã qñqʒ impedimẽtũ respicit ꝑsonã rectoris eccle. paroc. ⁊ qñqʒ respicit ꝑsonã parochiani. De impedimẽto facti qꝺ respicit ꝑsonã rectoris ecclesie patẽt exẽpla. Rector ꝑꝑ infirmitatem non potuit deseruire ecclesie, de cle. egro. c. j. de cler. nõ resi. c. vnico, lib. vj. vel q꞉ est in seruitio pape, de cler. nõ resi. c. cum dilectus, vel q꞉ est in seruitio epi. de cleri. nõ resi. c. decetero, vel q꞉ se absentauit cã studioꝝ, eo. ti. c. tue, ⁊ c. lʒ, vel se absentauit vt ꝓsequeretur cãʒ sue eccl. eo. ti. c. ex pte. ij. vel vt prosequeretur cãʒ sue electionis, de elec. cupientes, libr. vj. vel vt ꝓsequeretur appellationẽ a se interpositã, de appel. ꝑuenit, vel pro euidente vtilitate eccle. de cle. nõ resi. c. j. lib. vj. vel q꞉ non potest ad ecclesiã parochialẽ accedere ꝑꝑ capitales inimicitias, quas hʒ in loco, vbi est ecclesia, de re iudi. cle. pastoralis, de rescr. statutũ. §. cũ vero, lib. vj. vel q꞉ ꝑꝑ viarũ discrimina, q̃ periculosa sunt tutus nõ pʒ accessus ad ecclesiã, vt lite nõ ↄtest. accedens. de dona. inter vi. ⁊ vxo. c. dilecti, vel ꝑꝑ inundationẽ aquaꝝ, de eccl. edi. ad audiẽtiã. ff. si qs cau. l. nõ exigemus. §. vis fluminis, vel q꞉ captus in itinere, de sen. excom. venerabilibus. §. idẽ est, lib. vj. vꝫ rõne delicti tenentur in carceribus, de sen. excõ. si clericos, lib. vj. de penis, ↄ̃uis, eo. lib. vel q꞉ ecclesia est destructa incẽdio vel ruina. ff. de incend. l. j. vel q꞉ ecclesia capta est ab infidelibus, vel ab

17 hostibus, de parochijs. c. significauit, de re iud. abbate. †De ipedimẽto ẽt facti, qꝺ respicit ꝑsonã ꝑochiani cõueniunt ꝑdicta exẽpla. An ergo existentibus talibus impedimẽtis siue ↄcernant ꝑsonã rectoris ecclesie parochialis, siue ↄcernant ꝑsonã parochiani debebitur cano. paroc. eccle. ꝺ legato qꝺ parochianus facit alteri ecclesie. Rñdeo debetur, subuenitur eniʒ iusto impedimento detento, de cle. nõ resi. c. vnico, lib. vj. C. de lega. l. j. ⁊ in. l. j. ff. ex q. cau. maio. Nã qñ impedimẽtũ facti respicit ꝑsonã parochiani, ꝑinde est ac si rector ecclesie celebraret ei diuina, qua ↄtinuũ seruitũ dicitur, ac ẽt continua seruitus, que sic se habet in aptitudine, lʒ nõ in actu, vnde cum apud curatũ semꝑ sit aptitudo, satis est ibi. l. foramen. ff. de seruit. ru. prest. Et idẽ ꝙ debeatur canonica si parochianus nolit audire diuina vel cõtemnit ea audire a sacerdote fornicatore. Est. n. tunc parochianus in culpa, de coba. cle. ⁊ mu. c. vestra. que culpa nõ dʒ nocere ecclesie parochiali.

18 ¶ Tredecimo principaliter queritur, †si ꝑꝑ ipedimẽtũ iuris parochianus nõ potuit audire diuina officia, nec ꝑcipere ecclesiastica sacramẽta a rectore parochialis ecclesie, an debetur parochiali eccle. cano. de legato, qꝺ parochianus facit alteri eccle. vbi elegit sepulturã. Circa hoc scire debemus tres casus, ꝑꝑ quos insurgit hoc impedimẽtũ iuris. Primus casus est rõne loci, q꞉ ecclesi. sit iterdicta, ꝺ priui. vt priuilegia, de sen. excõ. si ciuitas. li. vi. §. fi. vꝫ si ecclesia sita in loco interdicto, de sen. excõ. alma. li. vj. vel sit ecclesia polluta, de sen. excõ. is qui. lib. vj. vel si in ecclesia cessetur a diuinis, de offi. ordi. irrefragibili. §. excessus. ⁊. c. si canonici. eo. ti. lib. vj. Scõs casus est, quo prouenit impedimentuʒ iuris quod respicit personam rectoris ecclesie, puta q꞉ sit excõicatus, vel ab

officio suspensus a canone vel a iure, de cler. excõ. si celebrat. Tertius casus est, quo prouenit ipedimentũ iuris, qd respicit psonaʒ parochiani, qꝛ sit excõicatus vel interdictus, de sepul. in nostra, de sen. excõ. alma. lib. vj. vel qꝛ sit de populo interdicto, de sen. excõ. si ciuitas, lib. vj. Dico ꝙ omnibus istis casibus debetur ecclesie parochiali de tali legato cano. qd facit parochianus alteri eccle. 19 vbi eligit sepeliri. † Impedimẽtũ. n. pueniens pp ipossibilitaté iuris nõ nocet sic ipedito. ff. de condi. institu. l. j. de ꝯces. prebẽ. qꝛ diuersitaté. C. de anna. excep. l. vlti. C. de iure dot. l. vbi adhuc.

¶ Quartodecimo queritur principaliter, parochianus alicuius eccle. legauit alteri ecclesie, & ibi sepelitur, & viuẽte testõre eccle. parochialis destruitur, ita ꝙ desinit eẽ parochialis, put dicit Inno. in. c. ij. de no. ope. nũqd erit de illa canonica paroc. Rñdeo. de illa cano. efficietur ꝓ nõ scripta, sicut & qñ legatur illi q nõ est i reꝝ natura, vel qñ legatarius morit viuẽte testõre. C. de cadu. tol. l. j.

¶ Quintodecimo querit principaliter, si parochianus alicuius eccle. legat alteri eccle. & ibi eligit sepeliri, an de illo legato debeatur cano. paroc. eccle. qñ paroc. sacerdos recusauit illi parochiano celebrare diuina & ministrare ecclesiastica sacraméta. Et videtur ꝙ nõ debeatur cano. Ná iõ debeẽ cano. pp passiones, quas sustinet parochialis sacerdos, vt de sepul. c. j. etiá eo. ti. c. dudũ. §. veꝝ, ibi, dum dicit tex. operarijs &c. In ꝯriũ est veritas, qꝛ delictũ 20 † sacerdotis nõ dʒ nocere ecclesie, de quo plene in regula delictũ, lib. vj. Ité qꝛ aperta est via fraudandi ecclesiá cano. paroc. s. non celebrando diuina, & fraus illa nõ dʒ nocere eccles. facit de testa. officij, & de sepul. cle. dudũ. §. verũ, in ver. ibi facturi, talis át parochian⁹ recurrit ad diocesanũ, vt puniat sacerdoté recusanté inde bite celebrare diuina suo paroc. facit. d. cle. dudũ. §. veꝝ, ibi, q habent &c. ¶ Decimosexto principaliter qritur, parochianus vni⁹ eccle. iuit ad longinquá peregrinationé, & dum eẽt in itinere infirmatus est, & iacebat infirmus in ecclesia vel hospitali, que erat in loco vbi infirmatus est. & ibi audiuit diuina, dũ eẽt infirmus, & pcepit eucharistiá, & extremá vnctioné. & in foro penitẽtiali ꝯfessus est illi sacerdoti, legauit aũt alteri ecclesie, & ibi elegit sepeliri, vbi legauit. Queritur an de illo legato debeatur canonica illi ecclesi. in qua infirmatus est. Rñdeo, nõ debetur cano. quia nõ est parochianus illius ecclesie, imo debebitur sue parochiali eccle. vbi habebat domiciliũ, de sepul. cũ quis, lib. vj. Nec obst. ꝙ ibi audiuit diuina, & percepit ecclesiastica sacraméta, qꝛ per hoc nõ censetur contẽnere suam parochialé ecclesiá, sed propter necessitatis articulũ, qꝛ erat in articulo mortis ibi audiuit diuina, ꝓ hoc optime facit de sen. excõ. a nobis, in ver. qué non contemptus.

21 ¶ Decimoseptimo queritur, quidá † de Alemania existens parochianus cuiusdá ecclesie ꝯstitute in Alamania, vel hñs ibi sepulchrũ suoꝝ maioꝝ recessit de Alamania peregrinationis cá, & dũ esset in itinere decessit in aliqua ciuitate, & eligit sepulturá in quadá alia ecclesia, cui ecclesie legauit queritur de illo legato. cui ecclesie debeaẽ cano. An eccle. cathedrali illius ciuitatis vbi moritur. An vero eccle. paroc. intra cuius parochiam mortuus é, an vo sue parochiali eccle. ꝯstitute in Alamania, an vero eccle. constitute in Alamania, vbi erat sepulchrũ suorũ maioꝝ. Dicunt qdá, ꝙ debeaẽ eccle. cathedrali, qꝛ ibi debuisset peregrinus sepeliri ẜm opi. Inn. dicentis peregrinũ debere sepeliri in eccle. cathedrali loci, vbi moritur. xiij. q. ij. vbicũqʒ, de offi. archipresb. c. officiũ & qd no. Inno. de sepul. nos instituta. Alij dñt, ꝙ debetur eccles. paroc. intra cuius parochiá moritur ẜm opi. dicẽtiũ peregrinos debere sepeliri in ecclesia intra cuius parochiá moriunẽ. xiij. q. j. ecclesia. xvj. q. j. c. j. in fi. & hoc tenẽt Ray. in sum. & Hug. & Vin. in. c. nos instituta. & archi. de sepul. c. j. lib. vj. Qui doctores tenẽt 22 illũ sepeliendũ in. d. paroc. eccle. † Aduerte illud qd dr de peregrinis vbi debeant sepeliri, hʒ locũ qñ decedũt nulla electa sepultura, sʒ eo casu quo peregrinus eligit sibi sepulturá, sepelitur, vbi elegit sepulturá, & ideo de legato predicto nõ debetur cano. eccl. cathedrali, nec parochiali intra cuius parochiam mortu⁹ est, nõ enim facta est iniuria eccle. paroc. nec cathedrali, lʒ illa peregrin⁹ tertio loco elegerit sepeliri. Nõ enim erat parochianus eccle. cathedralis, nec etiá parochialis ecclesie intra cuius parochiá mortuus est, ergo nõ põt dici corpus ab illis ecclesijs assumi & trásferri ad aliá ecclesiá in qua sepultus est, qd põderat. c. certificari. In ꝯriũ ꝙ si nõ elegisset sepulturá in tertio loco, debuisset sepeliri in ecclesia cathedrali ẜm opinioné Inn. ergo illi eccle. facta est iniuria, vel ẜm aliá opinioné debuisset sepeliri, in parochiali eccles. intra cuius parochiá mortuus est. Ergo illi parochiali eccle. facta est iniuria, vt. c. certificari. Ex hoc sequeretur, ꝙ si talis peregrinus elegit sepulturá in ecclesia cathedrali vbi moritur, & illi eccle sie legat ꝙ de illo legato nõ debetur cano. paroc. eccles. de Alamania, & nec ecclesie vbi est sepultus & sepulchrũ suoꝝ maioꝝ, qꝛ dá dicunt ꝙ cano. debebitur paroc. eccle. de Alama. & ꝙ episcopus loci in cuius diocesi peregrin⁹ est mortuus illá cano. paroc. trásmittat in Alama. vt soluatur paroc. eccle. & trásmittat expensas illius cano. portionis, & si illa cano. portio nõ sufficeret ad expẽsas, vel alio mõ mitti nõ posset, tunc eps illá cano. ꝯuertet in pios vsus vel deponatur, argu. xvj. q. j. c. si. vt dicit Hosti. in simili, de vsuris, cũ tu. & hoc intelligo, nisi talis pegrinus tãto tpe stetisset in parochia, vbi mortuus est ꝙ ibi sortitus eẽt domiciliũ, de parochijs. c. vlti. xiij. q. ij. §. qꝛ ergo, vt dicit Pau. de leaza. in cle. dudũ, de sepul. sup vbo, de parochialibus sacerdotibus. & hoc tʒ 23 Jo. de lig. in. c. j. de sepul. Nec obst. qd dicebá ꝙ † cathedrali ecclesie loci vbi moritur videtur facta iniuria, ergo illi debeatur.

¶ Considera enim duos casus, primus casus est, qñ de iure qs dʒ sepeliri in aliqua ecclesia, & nõ per accidens aliquod, & tunc hʒ locũ. c. j. de sepul. qꝛ illi eccle. debetur cano. a qua corpus assumitur & ita loquitur. c. certificari, de sepult. Qñqʒ pp aliqd accidens dʒ sepeliri in aliqua ecclesia sicut est peregrinus, & tũc illi ecclesie nõ debetur canonica, sed debetur canonica parochiali ecclesie illius peregrini, cuius est parochianus, antequam ad peregrinationem se transferret. Pau. de lea. hunc articulũ plene prosequitur de sepul. dudũ. §. verũ, super verbo, parochialibus sacerdotibus vbi dicebat differentiá esse inter viatores & vagabũdos. Nam si aliquis decedat in peregrinatione & legat eccle. vbi elegit sepulturá de illo legato debetur cano. eccle. cuius erat parochianus, qa viatores nõ desinunt eẽ parochiani suarum ecclesiarũ parochialiũ, nõ autem eccle. epali intra cuius parochiá moriuntur, esto qd in altera ipsaꝝ debuisset sepeliri nõ electa sepultura. Si át loquimur de vagabũdis & nõ habentibus parochiá qui eligunt sepeliri in alia eccle. qꝫ in paroc. vbi moriunẽ, vel in paroc. intra cuius parochiá moriunẽ, tũc de illo legato debetur canonica epali eccl. tenendo opinioné ꝙ ibi debuisset sepeliri, vel ecclesie paroc. tenẽdo aliam opinionem ꝙ ibidem debuisset sepeliri.

24 ¶ Decimooctauo queritur † parochianus vnius ecclesie eligit sepulturá in alia ecclesia eiusdé diocesis, & illi eccle. in qua eligit sepulturá legat prediũ ꝯstitutũ in alia diocesi. Queritur cui eccles. debeatur quarta, an eccle. paroc. an vero eccles. alterius diocesis intra cuius parochiá erat prediũ quo fuerat legatũ, dicit Hosti. ꝙ in hoc seruabitur ꝯsuetudo si est. Si autem non apparet de cõsuetudine, tunc debebitur illi eccle. intra cuius parochiá est illud predium, argu. de fo. compe. sane. Ista opinio est falsa, qꝛ illa ecclesia intra cuius parochiá est situm prediũ non est eccle. paroch. testatoris. Item testator non audiuit ibi diuina nec pcepit ibi ecclesiastica sacramenta. Item illi ecclesie nihil est legatum. Iteʒ in illa ecclesia non est electa sepultura, ergo non est quo iure debeaẽ cano. illi ecclesie in quo quis sepelitur & cui legat, de sepultu. c. j. Dicas ergo canonicam deberi soli ecclesie parochiali.

25 ¶ Decimonono queritur, quidam puer † natus est ipse, & pater suus in vna parochia, puta in ecclesia sancti Angeli, demuʒ mortuis patre & matre eiusdé pueri cui⁹ tutelá suscepit auia magna q̃ qdé auia erat alterius parochie, qꝫ dictus puer. Erat autem dicta auia parochiana sanc. Martini, que quidé auia duxit puerũ dictum ad domum dicte auie sitá in dicta parochia sancti Martini, & cum dicta auia habitauit in dicta parochia sancti Martini per tempus. xiiij. annorum, & in dicta ecclesia sancti Martini audiuit diuina & percepit ecclesiastica sacra vsqʒ ad eius morté, & erat tũc ille puer etatis, xviij. annorum, & cum eẽt etatis adulte vxoré accepit & pluries dixit ꝙ intendebat eam ducere ad domũ ipsius adulti, & in. d. domo semper habuit parté suaꝝ massaritiarũ & dicte eccle. sancti Ange. in qua ipse natus fuerat decimá soluit de fructibus suarum rerũ, & etiam ibi diuina officia audiuit, & munera & onera tanqꝫ ipsius ecclesie san. Ange. parochianus subijt, & ibi fuit descriptus cum alijs parochianis ecclesie san. Angeli, & se, & sua bona in dicta ecclesia sancti Angeli assignauit. Demum iste adultus veniens ad mortem testamentum condidit, & elegit ibi sepulturam in loco fratrum predicatorum, cum predicatores tenenantur ad quartá eccle. paroc. per clemen. dudum. §. vtrum, de sepult. cui ex illis ecclesijs quarta debeatur, an prime eccle. s. san. Ang. in qua ipse & parentes sui parochiani fuerunt, an vero dicte secunde ecclesie san. Mart. in cuius parochia ille decessit & ad quam translatus est per dictam eius nutricem, & videtur ꝙ ecclesia sancti Martini non debeat habere canonicaʒ parochialem, sed solum eccle. san. Ang. qua prefatus puer semper remansit parochianus & de parochia prime ecclesie. Et hoc patet ꝙ eo tempore quo accessit ad secundam ecclesiam vbi erat domus dicte auie erat in tali etate in qua nullum habebat intel-

lectum quia erat infans, vt instit. de inutil. stipula. §. pupillus, p talem accessum ad parochiam dicte auie non potest dici habuisse 26 animum constituendi domicilium, † quia vt constituatur domicilium requiritur animus & factum, vt. l. domicilium. ff. ad municipales, & cum animum intellectualem non hēat non potest dici nouum domicilium constituisse. Sed nec per morā vel habitationē in parochia auie post annos discretionis ɔ̄ctum censetur domicilium ɔ̄stitisse. Ratio quia ibi ex certa causa ex qua accesserat stetit sicut de illo qui studiorum cā se transfert ad locum studij ꝙ nō vr̄ ibi ɔ̄stituisse domiciliū, nisi p decenniū ibi stetisset, lȝ hic post pupillarē etatē nō habitauit ibi p decēniū, cū decesserit itra. xviij. annos, ergo nō p̄sumit̄ ibi ɔ̄stituisse domiciliū. C. de incolis. l. sa cuȝ sua gl. & l. iij. xiij. questione. ij. §. quia ergo, in glos. & hoc veruȝ est.

¶ Preterea ille noluit relinquere primū domiciliū, nec s̄m domiciliū sibi ɔ̄stituere, p actus inferiores nō apparet, qꝛ nolebat vxorē ducere in domū suā in prima parochia & ibi morari per dictos actus in facto propositos, apparet ad quē animū in hoc ɔ̄sideratio habetur precipue in. d. l. domiciliū, & eo. tit. eius qui. §. celsus, & in gl. iij. §. quia ergo. Non obstat quod allegatur ꝙ talis portio debeatur eccle. in qua audiebat diuina officia, & etiā recipiebat ecclesiastica sacramenta, vt. c. j. de sepul. & eo. ti. cum quis, lib. vj. cū si. qꝛ sic intelliguntur alia capitula vbi audire, & pcipere de-27 bet sicut est in ecclesia parocchiali, nā in ea debet † quis audire diuina officia & percipere ecclesiastica sacramenta, nec alius cuius parochianus non est sibi debet ministrare, imo punitur si hoc facit sine sua licentia. vj. q. iij. c. j. & ij. de parochijs. c. nullus, & pena nō debet alicui tribuere immunitatem, nec vnum & idem factum debet esse cā pene & premij. ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. fi. & ad hoc facit quod not. Jo. in. d. c. cū quis, & hoc vr̄ innuere tex. in cle. dudū. §. verum, de sepult. cum super, que capi. videntur innuere ꝙ de parochiali ecclesia intelligatur. Unde cum hic eēt parochianus prime ecclesie, & ꝙ non eēt parochianus secunde ecclesie, & in prima ecclesia, scȝ san. Ange. audiuerit diuina & sacramenta ecclesiastica perceperit & percipere debuerit ibidem, & cuncta tanq̄ȝ parochianus exercuerit ibidē & non alibi, merito dicta portio dicte prime ecclesie sancti Angeli insolidū est dāda. Preterea ꝙ non debeatur quarta secunde ecclesie sancti Marti. probatur ista ratione, aut consideramus tempus pupillaris etatis, & tunc illo tpe considerato, qꝛ ille pupillus erat non potuit sibi domicilium constituere in secunda parochia in qua habitauit cum auia sua tutrice, vt dicta. l. domicilium. Preterea translatio fuit necessaria de prima parochia ad secundam parochiam ex eo qa pupillus debet morari apud auiam suam tutricē. vt. l. j. & ij. ff. vbi pupillus dȝ morari. Aut fuit voluntaria translatio, sed ɔ̄stat domiciliū non ɔ̄stitui ex trāslatione necessaria ad aliqueȝ locū, quia deficit animus & voluntas se trāsferendi, facit in ratione sui. ff. de adimen. lega. l. rem legatam, & sine voluntate & animo domiciliuȝ 28 † nō ɔ̄stituitur, vt. d. l. domiciliū. Aut ɔ̄sideramus tempus adulte etatis, & tunc inspecto illo tempore non est decursum tēpus decem annorum, cum postquam peruenit ad etatem adultam vixit solum per. iiij. annos, & sic propter breuitatem temporis, non censetur nec presumitur domiciliū ɔ̄ctū, vt. d. l. ciuis. C. de incolis.

¶ In contrarium videtur, ꝙ quarta debeatur secunde ecclesie sancti Martini, quia ibi audiuit diuina & percepit ecclesiastica sacramenta, ergo illi ecclesie debetur quarta, de sepul. c. j. eod. tit. c. j. li. vj. j. responso, ibi, non dimisse ecclesie, & quod not. de sta. mona. c. j. Preterea ex quo ibi existens etatis adulte habitauit per tēpus quadriennij in secunda parochia, censetur ibi domicilium contraxisse, etiam si minori tempore ibi habitauerit, vnde dicebat Inn. de peniten. & remissio. c. omnis, super verbo, sacerdote. Ex cuius glo. clare patet, ꝙ si aliquis de vna parochia ponat se pro mercenario vel nutrice in alia parochia etiam minus anno, illi sacerdoti debet confiteri & personalia soluere. xvj. q. j. questio. ergo domicilium censetur constitui per minus tempus. x. annoꝝ, quantū ad hoc vt ecclesie parochiali ad cuius parochiam se transfert debeatur illa quarta, facit quod not. Jo. in. c. is qui. li. vj. Preterea ille pupillus censetur de familia sue nutricis. ff. de verb. obl. l. familie, & ff. si fa. fur. fe. dic. l. j. ergo consideramus secundam parochiam cuius illa nutrix parochiana est. Preterea ille adultus audiuit diuina in secunda ecclesia, scȝ. s. Martini, & in parochia illius eccle-29 sie decessit, sed nos habemus in iure, ꝙ ecclesie † a qua corpus assumitur debetur quarta, de sepul. certificari, sed corpus illius fuit assumptum de secunda parochia & sepultū apud predicatores, ergo secūde eccle. debetur quarta, vr̄. n. qs trahi vel assumi de paroch. nō originis, sed de illa vbi realiter habitat & larem fouet, vt not. de rescrip. statutū. §. ij. in gl. olim dicebamus, lib. vj. Preterea quarta debet̄ pro labore quē curatus sustinet in celebratione diuinoꝝ & in elargitione sacramentoꝝ ecclesiasticorū, de sepul. cle. dudum §. verum. Sed certum est qđ sacerdos originis tempore mortis, & ante per. x. annos, & vltra nō laborauit in isto pupillo adulto.

¶ Preterea vltimū tp̄s spectandū est, nā qñ de statu psone agitur inspicimus vltimū tp̄s, facit. C. ne de sta. defun. l. si mater. de cau. pos. cū eccle. de prebē. cū de beneficio, lib. vj. sed iste adultus tempore sue mortis habitauit in secūda parochia, & ibi decessit, ergo censemus illum tanq̄ȝ verum parochianum secūde ecclesie, ergo illi secūde ecclesie debeatur quarta. Pro hoc facit ratio, qꝛ lȝ domicilio originis nō posset renūciare, tñ oriūdus in vno loco pōt alibi se trāsferre & ordinari ab episcopo, ad cuius locū se trāsfert, vt no. lxxvj. dist. priuatus, & ibi debet ɔ̄ueniri nō in domicilio originis qđ hȝ, vt dr̄ in. c. vlti. de fo. ɔ̄pe. de tēp. ordi. cū nullus, li. vj. Preterea quātū ad ius parochiale & sepulture, lȝ tp̄s pupillaris 30 † etatis nō possemus ɔ̄siderare, de sepul. c. lȝ. lib. vj. tñ cōsiderare debemus & possumus tp̄s etatis adulte, qꝛ istud est ius spirituale qđ exerceri pōt p adultū, vt. d. c. lȝ. & de iud. si annū, lib. vj. cū ergo ille in etate adulta decesserit, & in secunda parochia habitauerit & ibi audiuerit diuina, ergo secūde eccle. debetur cano. ¶ Uidetur de iure dōm qđ si post etatē adultā equaliter se collocauit ī vtraq̄ȝ parochia ad audiendū diuina officia, tūc vtriq̄ȝ eccles. debeatur quarta. Si autē nō equaliter, tunc illi ecclesie debetur in q̄ maiori tpe audiuit diuina, de sepul. c. cū quis, lib. vj. In predicta aūt questione reperio do. Alex. tenuisse id qđ. s̄. alle. ad partē affirmatiuā. s. ꝙ cano. debeatur prime eccle. Sed Fed. in consi. ccxlviij. tenuit quod ista quarta debetur secunde ecclesie.

¶ Uigesimo queritur quidā Perusinus relegatus fuit in ciuitate Senaꝝ, & ɔ̄finatus in. d. ciuitate, & in. d. ciuitate Senarū inuitus se trāstulit, qñ necessario oportebat eum in ciuitate Senaꝝ residere pp ɔ̄finationē in illo loco sibi assignatam, gerebat tamen ille Perusinus in animo se cū posset, redire ad ciuitatē Perusinaȝ. In ciuitate tñ Senaꝝ audiuit diuina, & ibi decessit electa sepultura apud mendicātes quibus legauit. Queritur an illi eccle. paro. Peru. ciuitatis, an vero eccles. paroc. ciuitatis Senaꝝ in cuius parochia habitabat debeatur quarta. Premitto ꝙ ɔ̄finati & re-31 legati † nō pdunt domiciliū loci de quo relegātur, & ɔ̄finant̄. ff. ad municip. l. eius qui. in fi. nisi in ppetuū relegarētur. ff. de capi. diminu. l. amissionē. §. qui deficiunt, & ita not. Azo. C. de incolis, li. x. Ur̄ ꝙ vtriq̄ȝ eccle. quarta debeatur, de sepul. cū qs, lib. vj. sed illa decret. loquitur in domicilio qđ qs sibi ɔ̄stituit, sed locus ad quē qs ɔ̄finatus est, est domiciliū necessariū. Ur̄ dōm eē ɔ̄siderādos tres casus. Primus qñ confinatur ad tp̄s certū, tūc qꝛ vtrobiq̄ȝ hȝ domiciliū, vtriq̄ȝ ecclesie debetur cano. equaliter diuidenda, vt. d. c. cū quis, secundus casus est, qñ quis confinatur in perpetuum, tunc perdit domiciliū, vt. l. amissione. §. qui deficiunt, de capit. dimi. & ideo prime ecclesie cano. non debetur, sed eccle. loci in quo est confinatus, quia ibi domicilium habet. vt. l. filij, ad municip. Tertius casus, qñ confinatus ad tempus incertuȝ puta ad arbitriuȝ superioris, & tunc hoc casu iudicamus ac si in perpetuū eēt confinatus, vt. c. si. de rescrip. perdit ergo primum domiciliū, ideo ac si esset relegatus in perpetuum.

32 ¶ Demum queritur de bannitis & rebellibus † Perusine ciuitatis qui se conferunt ad aliā ciuitatem. Rñdeo, isti perdunt domicilium Perusine ciuitatis, vt. d. l. amissione. §. qui deficiunt, & iō quarta nō debet̄ ecclesie paroc. ciuitatis Perusine sed parochiali ecclesie illius ciuitatis ad quā se cōtulit & in cuius parochia habitauit & diuina audiuit. ¶ Demū queritur, quedam mulier Perusina existens in paroc. san. Angel. ciuitatis Perusi. maritauit se cuidā ciui Eugu. & iuit Eugubium ad maritū suū. Demum mortuo marito reuersa est ad ciuitatē Perusinā ad parentes suos relicta parochia viri, moritur mulier non electa sepultura, ɔ̄stat de iure, ꝙ debet sepeliri in sepulchro mariti, de sepult. c. iiij. lib. vj. Queritur cui ecclesie debeatur quarta, an parochia. ecclesie in cuius parochia habitabat cum marito suo in Eugubi. an vero eccle. Perusi. dubiū facit, qꝛ lȝ sit vidua, retinet tamē domiciliū mariti premortui. ff. ad municip. l. filij. §. vidua, nec perdit primū domiciliū, qđ habebat ante m̄rimoniū, vel si illō perdat, tñ illud recuperat, ex quo post modū se illuc ɔ̄ferat, dōm est de iure, ex quo retinet primū domiciliū, & ibi incipit audire diuina, ꝙ debetur quarta eccle. vbi habebat domiciliū ante matrimonium, & 33 nō eccle. domicilij mariti, arg. optimū de parochijs. c. fin. † Jura enim sepul. & parochie sunt diuersa, nam si consideramus ius sepulture sepelienda est in sepulchro mariti. Sed si consideramus ius parochiale consideramus locū in quo vltimo cepit audire diuina, & hoc tenet Fede. in. d. consilio. ccxlviij. ver. vnde sciendum.

¶ Demum

¶ Demũ q̃rit̃, pone ꝙ q̃dã relicta domo originis optime istructa ibi demissa familia ꝯducit domũ in alia parochia, ꝯhẽns societatẽ cũ aliquo scholare, ꝯstat.n.ꝙ in domo ꝯducta hꝫ domicilium quo ad ius parochiale, sufficit.n.qꝺ ibi habuerit. dũmodo nõ sit viator. ad hoc.ff.ꝺ dam.infec.l.iiij.§.ptor.ver.denũtiari. Ad idẽ de ele.causam.in cle.ibi, habitare cõmuniter &c. Retinet ẽt domiciliũ originis, cũ in illo loco hẽret domũ istructã & suã familiã, cui ergo eccle.debebit̃ q̃rta, an eccle.loci originis, an vero ecclesi.loci habitatiõis. Rñdeo debebit̃ q̃rta eccl.loci dom⁹ ꝯducte, ex quo ibi tm̃ audiuit diuina, sꝫ si equaliter audiuisset diuina in vtraqꝫ eccle.tunc vtriqꝫ eccle.debet̃ quarta. Primũ mẽbrũ vr̃ tenet̃ Fed. de sen.consi.cclxviij.ibi, pone ꝙ quidam Perusinus.

34 ¶ † Demũ q̃rit̃ pater q̃ erat parochianus eccle.sancti Angeli habebat filiũ habentẽ vxorẽ, & ille pr̃ separauit se a suo filio q̃ filius in alia parochia ꝯduxit domũ, recipiebat tñ filius certũ q̃d a patre noĩe alimentoꝝ, ꝯstat ꝙ domiciliũ hẽre cepit in loco, vbi erat domus ꝯducta.lꝫ quo ad ius sepulture sepeliẽdus est in loco vbi sepulti sunt sui maiores.de sepul.cũ qs, lib.vj.q̃ domiciliũ pater nũ retinet, tñ quarta debet̃ eccle.loci vbi habebat domũ ꝯductã, nõ autẽ ecclesie cuius pater erat parochianus, ex quo talis filius audiebat diuina officia in parochiali ecclesia vbi erat domus cõducta, ita tꝫ Fed.in.d.ꝯsi.in versi.videmus quidem experientia.

¶ Demũ q̃rit̃, pone ꝙ aliqs eodẽ die ꝯduxit duas domos, vnaꝫ ꝓ vno anno, q̃ erat in parochia san.Angeli, aliã domũ, q̃ erat in parochia san.Martini pro scꝺo anno, & in pmo anno cũ erat in parochia p̃rie domus ꝯducte, ꝯduxit scꝺaꝫ domũ scꝺe parochie, certe nõ erit parochianus scꝺe parochie, anteq̃ȝ ad illã se trãstulit, & iõ quarta debet̃ prime eccle.nõ aũt secunde ecclesie.

SVMMARIVM

1 Canonica parochialis quibus casibus cesset.
2 Parochialis ecclesia nunq̃ȝ recipit canonicã de legato qꝺ fit alteri ecclesie in qua nec sepelitur nec sepulturam elegit. 3.
4 Eps̃ an ab eccle.parochiali semp possit petere quartam quarte.
5 Episcopus nullam canonicam episcopalem debet habere de eo qꝺ obuenit ecclesijs exemptis. 6.14.
7 Legatũ qꝺ factũ est ad vsus priuilegiatos est priuilegiatũ i totũ.
8 Priuilegia iure communi derogant.
9 Canonica parochialis an transeat in dominium.
10 Ecclesia parochialis ex quo est subiecta episcopo, ipsi debet canonicam episcopalem de obuenientibus illi ecclesie.
11 Legata quedam sunt que sunt priuilegiata ratione persone.
12 Canonica episcopalis de quibus debeatur episcopo.
13 Casus in quibus eccle.parochialis debet epõ quartam quarte.
15 Cõditio pretendens cãm onerosaꝫ potior ẽ q̃ȝ ptẽdẽs lucratiuã.
16 Canonica epãlis & canonica parochialis sunt diuersi iuris.
17 Canonica episcopalis & parochialis equiparatur legitime debite iure nature, que debetur filijs.
18 Legitima non concurrit cum trebellianica.

¶ Octauum capitulum canonice principalis.

Enio ad octauũ capitulũ. vꝫ in quibus 1 cesset † canonica parochialis. Anteq̃ȝ veniã ad casuuꝫ exp̃ssioneꝫ, scire debes quatuor regulas vel species i materia ista. ¶ Prima q̃dẽ species ẽ qua soluit̃ sola parochialis canonica nõ epãlis. Pꝫ exẽplũ, parochian⁹ vni⁹ eccle.eligit sepeliri in alia eccle.q̃ est exẽpta, vel eligit sepult. in eccl̃ia alterius diocesis, & illi legat, de illo q̃dẽ legato debet̃ canonica parochiali eccl̃ie, q̃ parochialis eccle.recipit canonicaꝫ ab exẽptis, & ẽt ab eccle.extra dioce.put bñ dixi i.c.pcẽdẽti, q̃ eccle.teneant̃ ad canonicã. Sed epõ nõ debet̃ cañ.epãlis, q̃ nõ recipit illã ab exẽptis, nec de legato ꝙ fit eccle.site extra suã diocesim. ¶ Secũda regula siue species, ꝑ q̃ȝ soluit̃ sola canonica episcopalis, sed nõ soluitur canonica parochialis. Pꝫ, parochian⁹ vnius ecclesie sepelitur in sua parochiali ecclesia, & alijs ecclesijs non exẽptis legauit.naꝫ de illis legatis nõ debetur ecclesie parochiali parochialis canonica.nulla.n.iniuria est facta parochiali ecclesie, ex quo parochianus in illa parochiali ecclesia sepelit̃, q̃ 2 parochialis ecclesia † nunq̃ȝ recipit canonicaꝫ de legato, qꝺ fit alteri ecclesie, in qua nec sepelit̃, nec sepulturaꝫ elegit, vt in.c.j.de sepul.sed bñ debebitur epãlis epõ, de testa.c.req̃sisti. Item pꝫ aliud exemplũ parochianus vnius ecclesie legat alteri eccle.& in tertia ecclesia eligit sepul. Nã de illo legato nõ debet̃ canonica parochiali ecclesie.de quo plene notat̃ de sepul.c.j.

¶ Tertia regula siue species est ꝑ q̃ȝ debet̃ epãlis canonica, & etiã parochialis, & sic debet̃ vtraqꝫ cañ. Pꝫ exẽplũ, parochian⁹ eccl. cathedralis sepelit̃ apud nõ exemptos, & eis legat, recipit enim parochialis eccle. parochialẽ canonicã iure parochie, & eius epõs epãlẽ.ꝺ sepul.cũ sup.vbi de hoc ꝑ Jo.q ẽt ibi dicebat, ꝙ cũ q̃rta debeat̃ ecclesie cathedrali, diuidet̃ illa quarta inter epm̃ & capitulũ facit ꝙ not.Jo.an.in.c.certificari.de sepul.in.x.q.de testa.requisiti. Itẽ pꝫ aliud exẽplũ parochianus alicuius ecclesie nõ exẽpte sepelit̃ apud nõ exẽptos legãdo illis vel forsitã alijs nõ exẽptis. Nã eps̃ habebit canonicã epãlẽ, Rõ, q̃ legatur ecclesie subiecte epõ, vt dicto.c.requisisti. Item ecclesia parochialis habebit canonicaꝫ de illo legato, vt dicit Joã.in.d.c.certificari. in.x.qꝺ.in. ver.quarta species. Aduerte bñ istud, quia quãdo parochianus ecclesie cathedralis vel parochianus alterius ecclesie legaret alteri eccle.& ibi eligeret sepulturam, tunc est verũ ꝙ parochiali ecclesie debeatur canonica de sepul.c.j.sed si nõ elegerit sepulturã in ecclesia cui legat, tũc nõ debet̃ ecclesie parochiali canonica. vt plene no.in.d.c.j.& ideo mihi videtur ꝙ inaduertẽter do. Joan. and. fuerit loquutus in.d.c.certificari.in.d.q.x.in versi.q̃rta species dum ibi ponẽdo exempla dicebat de parochiano cathedralis ecclesie, qui sepelit̃ apud non exẽptos vel eis legat dicens deberi canonicam in ecclesia parochiali. Nã nõ debet̃ canonica pa-3 rochialis † ecclesie de legato, quod fit alteri ecclesie, vbi nõ elegit sepultur.& sic non debuit sic alternatiue loqui, dum dicebat sepelitur apud nõ exẽptos, vel eis legat.nã debuit dicere copulatiue, quando legat alteri ecclesie, & apud eos sepelitur. Et similiter debuit copulatiue loqui in alio exemplo, quod ponebat de parochiano alterius ecclesie quam cathedralis. Nam de legato, quo fit alteri ecclesie, non debetur canonica, nisi cum ibi elegerit sepulturam. ¶ Dicas ergo deberi vtramqꝫ, scilicet parochialem, & episcopalem quando parochianus legat ecclesie subiecte episcopo, & ibi elegit sepeliri. Nam episcopo debetur canonica episcopalis. quia legatur ecclesie sibi subiecte. Item ecclesie, parochiali debet̃ canonica paroc. q̃ parochianus in alia eccle.cui legauerat eligit sepeliri. Similiter reperitur etiam detrahi duas quartas episcopales, verbi gratia Parochianus vnius ecclesie elegit sepulturam in ecclesia alterius diocesis, & illi ecclesie legat, vbi elegit sepeliri. Nam episcopus detrahit episcopalem ab ecclesia sibi subiecta, cui legatur, et parochialis ecclesia recipiet aliam quartam, & de illa quarta episcopus, cui subest ecclesia parochialis, habebit quartam, vt no.Jo.de sepultu.cum super. ¶ Quarta regula seu species est illorum casuum in quibus non detrahitur quarta episcopalis nec parochialis hic autem non reassumo casus, in quibus canonica episcopalis cessat, quia hoc plene fui prosequutus in tractatu canonice episcopalis.in. viij.capi.principali. Sed iuxta pdicta queritur principaliter, an 4 episcopus ab † ecclesia parochiali debet habere quartam vel semꝑ possit petere q̃rtã ip̃ius quarte, & hoc declaro per duas q̃ones. ¶ Primo enim incidenter queritur quando parochianus ecclesie non exempte eligit alibi sepeliri, & illi ecclesie legat, indubitatum est, quod ecclesia parochialis habet quartam de illo legato, episcopus autem ex iure episcopali habebit quartam illius quarte. Et est ratio, quia episcopus debet habere quartã de his que obueniut ecclesie sibi subiecte.de testamen. requisisti.de prescriptio.de quarta. Cum ergo quarta parochialis obueniat parochiali ecclesie, constat episcopum debere quartam illius quarte ex quo parochialis ecclesia est diocesano subiecta. & ex hac ratione infertur ꝙ si aliquis esset parochianus duarum parochialium ecclesiaꝝ, & talis parochianus legaret alteri ecclesie & ibi elegerit sepeliri, cum de illo legato debeatur vnica quarta dictis ambabus parochialibus ecclesijs, que quarta inter dictas ecclesias equaliter diuiditur.de sepultur.cuꝫ quis.li.vj.ꝙ episcopus habebit quartam totius illius quarte hoc tenet Jo. in.d.c.certificari. in.x.q.in.ver.quarta species.

¶ Scꝺo incidẽter q̃rit̃ parochianus alicuius ec.exẽpte legat alteri ec.& ibi eligit sepeliri, ꝯstat ꝙ paroc.eccle.debet̃ q̃rta. An ergo episcopus poterit petere quartã illius quarte. Respondeo non, 5 ratio, q̃ episcopus † nullã canonicam episcopalẽ debebat habere de eo quod obuenit ecclesijs exemptis, vt plene dixi in tract.canonice episcopalis, in.iiij.c.principali, quod incipit, que loca, & facit quod no.Jo.de testa.c.officij, & ita tenet Joan.in.d.c.certificari.in versi.quarta species. ¶ Tertio incidenter queritur, aliquis est parochianus duarum ecclesiaruꝫ, quarum vna est exempta, & altera nõ exempta, iste parochianus legat tertie eccle.& ibi sepelitur, constat ꝙ vtriqꝫ ecclesie parochiali de illo legato vnica de-

¶ Eandem opinionẽ tenuit idẽ Ab.in.c.cãm.de pscri.⁊ in consi.suo.cvj.incip.casus.versi.secũdo principaliter,in scd̃o volumine. vbi dicit quod opi.Arch.sibi vr̃ verissima.Istud idẽ in effectu tenet do.Alex.in consi.suo.lxxv.inci.visis.in fi.in quarto vol.Istã eandẽ opinio.⁊ distincti.tenuit in effectu do.Fel.sandeus.in.d.c.causam.in.iij.col.vbi ẽt in hoc satis plene loquit̃ ⁊ plures auctoritates refert que videri possunt,⁊ quod dixit do.Fel.in.d.c.causam,etiam sequitur in.c.in nostra.in.xxviij.correlario,de rescri.⁊ in suo tractatu,quãdo litere apostolice noceant patronis ecclesiarum.versus finem,presupponit tamen domi.Fel.in locis preallegatis.maxime in dicto tractatu.quod opi.Jo.an.que infra referetur tenentis quod iuspatronatus acquiratur prescriptione vel consuetudine sit tenenda in iudicando ⁊ consulendo. Premissaꝫ etiam opinionẽ Arc.in.d.c.hortamur iuncta declaratione Ab. in predictis locis tenet ibidẽ.d.Prepositus diui Ambrosij,nũc meritissimus Cardinalis in vltima col.⁊ mouetur eo,fundamẽto quo mouetur Abbas in.d.c.querelaꝫ.In hanc etiam opinioneꝫ Arc.inclinat eximius doctor Mediolanen.do.Philippus decius in rubrica de iudicijs.in antepe.col. Contrariam opinioneꝫ scilicet quod iuspatro.prescribi possit tenuit Joã.and.post dominum suuꝫ Marsiliuꝫ in.d.c.querelam.super verbo.populus,⁊ in c.vnico.in fi.eodeꝫ titu.li.vj.in nouella,⁊ plenius in reg.ꝙ alicui gratiose.de reg.iur.lib.v.in mercurialibus.vbi in effectu conclu 86 dit ꝙ si apparet ecclesiam esse patronatã † ꝯ pronuꝫ currere põt prescriptio,secus ꝯ ecclesiã liberã.q₂ in illa vel in eius preiudiciũ nõ põt acquiri iuspa.p prescriptionẽ,⁊ sic videmus quod in hoc ij.mẽbro Jo.and.cõcordat cũ archi.⁊ sequentibus,lꝫ indistincte loquat̃ in alijs duobus locis.s.alleg.⁊ ad hoc ꝓbãdũ primo dicit quod ista q̃stio fuit de facto in curia tẽpore Nicolai pape quarti, ꝯ presentatũ a populo sancte Cecilie de Florentia.cũ diocesanus psentationẽ ipaꝫ noluisset admittere.appellauit ad papã,⁊ fuit lata snia pro ipso,quã papa cõfirmauit inserto tenore sententie ⁊ cõfirmationis,⁊ executores dãdo.subijciens Jo.an.ꝙ tenor literarũ pape erat.vt.j.Nicolaus ⁊c.dilecto filio G.psbitero ⁊ rectori eccle,scẽ Cecilie flo.salutẽ.ea q̃ in iudicio ⁊c.sane petitio tua nobis exhibita ꝯtinebat ꝙ cuꝫ tu ad ecclesiã scẽ Cecilie floren. tunc vacantẽ p mortẽ ⁊c.a parochianis ipsius eccle.ad quos de antiq̃ ⁊ approbata ⁊ hactenus pacifice obseruata ꝯsuetudine psentatio ad eandẽ ecclesiã cũ vacare ꝯtingit ptinet,venerabili fratri nr̃o. G.epo Floren.fuisses canonice psentatus.idẽ eps te ad eandẽ ecclesiã admittere ꝯ iustitiã recusauit.pp qd̃ tu ad sedẽ apostolicaꝫ appellasti.narrat demũ quomodo duo auditores successiue dati fuerunt ad causaꝫ.⁊ quomodo scd̃s ꝓ ipso tulit sententiã quã cõfirmat ipsius inserto tenore,⁊ fuit hoc apud vrbẽ veterẽ põtificatus sui anno tertio.ad executores aũt facta eadẽ narratione cõcludit qd̃ ipsi vel alter sniaꝫ pfatã auctoritate apostolica exequãtur inducẽtes ⁊c.⁊ dicit Jo.and.qd̃ pdictas literas penes se habeat insinuatas.⁊ subijcit qd̃ hoc sufficeret ad robur pdicte opinionis p ca.in causis.de re iudi.vbi dr̃ qd̃ ſm quod papa iudicauit,ita in similibus casibus ab alijs iudicãdũ est,postea Jo. and. dictã opinionẽ cõprobat principalr̃ p.d.c.querelã,⁊ p alia de q̃bus p eũ,⁊ ample loquit̃ rñdẽdo ẽt ad ea q̃ ꝓ alia opiniõe adducebant̃,pdictã ẽt opinionẽ Jo.an.sequitur do.Anto.⁊ communiter ceteri in.d.c.querelam.idem tenet in effectu do. Cardi.flo. in cle.plures.in.v.q.eod.titu.vbi dicit quod si constat ecclesiam esse patronatam , potest prescribi iuspatro.si constat non esse patronatam , secus.

87 ¶ † Qñ aũt dubitat̃ an ecclesia sit pronata vel nõ dicit ibi quod pscribi põt iuspatro.p tẽpus de cuius ꝯrio nõ sit memoria , ⁊ subijcit ita tenuisse in.d.c.querelã.⁊ iura ibi allegasse eandẽ opinionẽ,scilicet quod ꝯ patronũ currat pscriptio ꝯ ecclesiã pronatã secus tꝫ Abb. Panor.in.c.sane.de priuileg.referendo Jo.and.in d.c.ꝙ alicui,⁊ no.in.d.c.querelã.idẽ tenet ipse Abb.in cõsi.suo. lxxvj.incip.inuocato Christi auxilio.in versi.circa primũ.in scd̃o vol.vbi dicit quod ista opinio Jo.and.tanq̃ cõmunis seruaret̃ i iudicãdo,quo verbo ẽt vtitur ipse in.d.c.querelã.lꝫ ibi aliter concludat.s.dixi.⁊ eodẽ verbo vtit̃ do.Feli.sandeus in tractatu suo qñ litere apostolice noceant pronis ecclesiaꝝ.in vlti.col.vbi dicit ꝙ in ꝯsulẽdo ⁊ in iudicãdo nõ eẽt recedẽdũ ab opinione Jo.and. Premissaꝫ ẽt opinionẽ.s.quod vnus patronus ꝯ aliũ prescribere possit,tꝫ Lud.ro.in ꝯsi.suo.ccclxxviij.incip.psens ꝯsultatio.In eandẽ ẽt opinionẽ inclinare vr̃ do.Alex.in cõsi.suo.lxxiiij. incip. viso puncto.in.iiij.vol.Cõcludit.n.in effectu qd̃ vbi iuspatro.possideri possit.qd̃ ẽt pscribi poterit,ſꝫ illud ꝯsiliũ reputat̃ do.And. barb.Pro hac ẽt opi.scꝫ qd̃ ꝯ ecclesiã nõ currat pscriptio sensit specu.in hoc titulo,versus finẽ,vbi dicit quod in Italia parochiani vsurpant ius psentãdi,In hanc ẽt opi.inclinare vr̃ do.Fran.de are.in rubrica de iudi.dũ tractat post alios.an iuspatro.sit tẽporale vel spirituale.hanc ẽt opinionẽ sentit Bal.in.l.ij.in.ij.col.in versi.q̃ro ergo.in fi.C.de serui.⁊ aqua.⁊ Gemi.post Goffre.in q̃ 88 stionibus suis.in.c.vnico.in fi.de iurepatro.li.vj. † Aduertẽduꝫ tñ est qd̃ tenentes opinionẽ istã scꝫ ꝙ iuspatro.pscribi possit intelligunt,vt possit pscribi p tãtum tempus cuius initij memoria non sit in cõtrariuꝫ,Ita dicit Abb.in ꝯsi.s.allegato.cvj.in.ij.colũ. talis enim prescriptio cum sit cõtra ius,requirit aut titulum aut predictum tempus,per cap.si diligenti.de prescrip.⁊ clarius ꝓbatur in.c.j.de prescri.lib.vj.hoc eodem verbo vtitur do.Alex.in cõsi. suo.lxxvij.infra stati allegã.⁊ do.Fel.in dicto suo tractatu.in vlt. 89 col.⁊ in.d.c.cãm.in.iij.col.† Quomodo autẽ probetur memoriã hominũ nõ extare.vide Jo.an.in.c.j.in fi.de prescrip.li.vj.in nouella.⁊ dom. Alex.in cõsi.suo.lxxv.inci.visis,in.iiij.vol.in.ij.col. ⁊ do.Fel.in.c.veniens.j.in.v.col.de test.Ego diu sup hoc articulo anceps fui,tamẽ omnibus recte pensatis mihi verissima videt̃ opi.Jo.an.supra recitata.scilicet qd̃ vbi cõstat ecclesiam eẽ patronataꝫ possit in preiudicium patroni currere prescriptio.secus vbi ecclesia sit libera vel dubitetur,quia nõ poterit in preiudicium ec

clesie iuspātro. per prescriptionem acquiri, huic tamē distinctioni videtur obstare tex. in. c. in generali. versi. qui aūt de elect. lib. vj. ibi, fundatione vel ex antiqua cōsuetudine iura sibi hmōi vendicant cōiuncta gl. in verbo, antiqua. ibi enim equiparatur consuetudo fundationi. ⁊ presupponit generaliter posse acquiri iuspat. per consuetudinem prescriptam, vt subijcit glo. ibi.

¶ Sed pōt dici ꝙ nihil obstat quominꝰ ille tex. possit intelligi ſm distinctionē ṗdictā ꝑ fundamēta Jo. an. vel pōt intellgi vt statim subijcit placet tñ mihi in duobus vltimis casibus. de qbus. s. qñ eccle. est libera vel qñ dubitaẜ, doctrina Abba. in. d. c. q̄relā. ⁊ in d. sua disputatione ⁊ aliorū doctoꝝ. s. relatoꝝ. s. qꝺ volēs dicere

90 se esse patronū. † ⁊ nō valēs ꝓbare dato ꝙ nō possit dicere se prescripsisse qꝺ tñ allegādo titulū iurispa. illū ꝓbare possit adducendo pñtationes plurimas ⁊ tēporis cursum. iuxta tex. in. d. c. q̄relā. inducēdo vt ibi ꝑ Abbatē ⁊ hoc infra declarabo. ⁊ si dicaẜ ꝙ ꝯ primū mēbrū in quo tota difficultas cōsistit obstāt ea que dixit archi. in. d. c. hortamur. ⁊ Abb. in. d. c. q̄relā. ⁊ in. d. sua disputatione. s. ꝙ iuspa. nō pōt possideri, nisi ab his qbus ius id ꝯcessit de gratia. s. fundatoribus. ꝯstructoribus ⁊c. ergo nō poterit ṗscribi ab eo q ṗdicta nō fecit. ēt in ṗiudiciū pr̄oni. Ad hoc rñdet Joā. and. in. d. c. ꝙ alicui. Sed alio mō pōt rñderi ⁊ dici ꝙ ṗsuppositum est falsum. Fateor. n. ꝙ iuspa. nō pōt in eē deduci nisi ex fundatione, constructione, ⁊ dotatione, vt constat ex diffinitione iurispa. de q̄ ꝑ oēs sup hac rubrica, vel ēt ex priui. pape iuxta ea q̄ dixi. s. sup verbo, de dioce. cōsensu. in vlti. q. Tñ postq̄ȝ est in esse deductū, pōt trāsferri in aliū titulo lucratiuo vel ꝑ viā successiōis vt probaẜ in vltimis verbis dicte diffinitionis ⁊ notaẜ in. c. j. in. c. quod autem in. c. ex literis. in. c. cū seculum. ⁊ plenius in. c. illud. j. eo. ergo poterit possideri ab alio q̄ȝ a cōstructore, fundatore, vel dotatore Et ꝑ ꝯñs prescribi poterit in preiudiciū patroni.

91 ¶ Intelligo tñ ⁊ restringo hāc deci. ꝓcedere † qñ ṗscribēs hēret titu. legitimū, puta dona. vel legatū a nō pr̄ono, interueniēte cōsensu dioce. si donatio vel legatū fieret laico iuxta notata in ṗdictis locis. alias. n. possidere nō posset legitime. ⁊ ꝑ ꝯñs nec ṗscribere ēt si possideret ꝑ tm̄ tēpus cuiꝰ initij memoria nō existat i ꝯriū, q2 sine epi cōsensu qs nō pōt possidere iuspatr. tit. singulari. d. c. illꝺ. cū ibi notatis, vbi. n. nō daẜ capacitas in exercēte actū tūc quantocunq̄ȝ tempore quis exerceat non prescribit vt pulchre decidit Abb. in. c. quāto. per illū tex. de ꝯsue. ⁊ Joan. an. in. c. ij. de ṗbē. lib. vj. ⁊ multa adducit ad hoc do. And. bar. in. s. allegato consi. lxxiiij. inserto i q̄rto vol. cōsilioꝝ Alex. hinc ēt ꝯcludit do. Alex. in sua disputatione incipiēte. Sigismūdꝰ. i. j. dubio in fine. ꝙ priuatus nō pōt ṗscribere merū imperiū, q2 illud non lȝ ei possidere de iure cōi sine speciali priuilegio ⁊ ꝯcessione principis. c. ꝯ morē c. distinc. c. illud. xciij. dist. sic dicamus in ꝓposito nr̄o ius. n. pr̄onatus nō pōt trāsferri de vno in aliū sine cōsensu epi, si ergo aliter qs illud acceptet ē incapax, merito nullo tpe prescribere pōt. Et isto mō limitaẜ ⁊ intelligiẜ. c. j. de ṗscri. lib. vj. in fi. ſm Abb. in. d. c. alios doc. in locis preal. ⁊ istud fundamentum ēt cōprobat alia duo mēbra de qbus. s. scȝ qñ eccle. ē libera, vel qñ dubitaẜ ꝙ ꝯ eā nō currat ṗscriptio. Comprobanẜ ēt ṗmissa, q2 ille qui sine epi consensu ⁊ sine aliquo titulo iuspatronatus exercet contra iura mercatur, vt ex ṗdictis constat. ergo est malefidei possessor. c. q ꝯ iura. de regu. iur. lib. vj. igitur non prescribit. regula possessor de regu. iur. li. vj. c. fi. de ṗscrip. vbi dicit Jo. an. ⁊ sequunẜ cōiter ceteri ꝙ ēt ꝑ tp̄s cuiꝰ initij memoria in ꝯriū nō existat talis malefidei possessor nō ṗscribit. Cōsidera tñ sup ṗmissa limitatione ⁊ declaratiōe, q2 vr̄ posse dici ꝙ cursus tāti tp̄is ⁊ ēt minoris tp̄is faciat ṗsumi cōsensuȝ epi, vt in simili dicit Arch. in. c. nemo. de cōsecra. distin. j. ⁊ plene tradiẜ ꝑ doc. in. l. sciēdū. ff. de verb. obligatio. nisi dicas ꝙ ṗdicta limitatio ꝓcederet, qñ ostēderetur instrumētū tituli in quo appareret nō interuenisse dictū ꝯsensuȝ, nec ēt ꝯstaret epm̄ ex postfacto cōsensisse. inquantū aūt dixi ꝙ requiriẜ titulus, vide qꝺ dicā. j. in sequenti proximo puncto in fi.

¶ Difficultas mō restat in inuestigādo quātū tēpus reqraẜ ad ṗscriptionē causandā i primo mēbro, scꝺo quātū tēpus reqraẜ ad probādum vel presumendum titulum in alijs duobus membris.

92 † Circa primum videtur dicenduȝ, ꝙ requiratur tātum tempus, cuius initij memoria in ꝯriū nō existat ꝑꝑ auctoritates. s. allega. in ver. aduertēdū. vel ſm qꝺ dicit Bal. in. d. l. ij. in. ij. col. C. ꝺ serui. ⁊ aq̄. ⁊ do. Alex. in ꝯsi. suo. lxxv. i vltimis. ꝟ. in. iiij. volu. sufficiūt. xl. anni. ꝺt. n. Bal. vbi. s. qꝺ oīa iura spūalia vl̄ annexa spūalibus ṗscribunẜ spacio. xl. anno. nō attēta cā ꝯtinua vel discontinua. alleg. c. de quarta. de ṗscript. ⁊ nota. ꝑ Inn. in. c. ꝯsultatiōibus. j. eo. ⁊ hoc idē dicit Lud. ro. in. d. ꝯsi. suo. ccclxviij. incip. pñs ꝯsultatio. mihi aūt vr̄ ꝙ neutra istarū opi. sit vera in casu ꝓposito. Prima. n. opinio dicentiū ꝙ reqraẜ tm̄ tp̄s cuius initij memoria nō sit in ꝯriū, nō placet q2 hoc casu nō loqmur de ṗscriptione ꝯ ius ꝓut loquunẜ fatui docto. ṗsupposui. n. ꝙ ille possit ṗscribere, q hȝ titulū interueniēte epi ꝯsensu, ⁊ qꝺ ṗscribat in ṗiudiciū veri pr̄oni, ⁊ sic in ṗiudiciū priuati. Talis. n. nō possidet ꝯ ius cū habeat cōsensuȝ epi, iuxta. c. illud. cū simi. j. eo. Nō ēt placet secūda opi. volētiū ꝙ reqraẜ tēpus. xl. annoꝝ. q2. d. c. de quarta. sup quo se fundant, loquiẜ de prescriptione q̄ currit in preiudiciū ecclesie, sed nos loqmur de ea q̄ currit in ṗiudiciū pr̄oni ⁊ sic priuati. vñ nihil ad rhombū, vñ ego crederē ꝙ in casu ṗmisso sufficiat tp̄s. x. anno. inter ab̄ntes, ⁊. xx. inter absentes. Istā ꝯclusionē elicio ex verbis Inno. Jo. an. do. Abb. Pano. ⁊ do. Fely. in. d. c. de quarta. s. de prescri. vbi dñt ꝙ si ius qꝺ prescribiẜ cām hȝ ꝯtinuā ⁊ ꝑpetuā, vt seruitus aqueducus, vel hȝ cām quasi ꝯtinuaȝ, tale ius prescribitur. x. annis inter p̄ntes, ⁊. xx. inter absentes, ad similitudinē rerū immobiliū. l. ij. C. de serui. ⁊ aqua. l. fi. C. de prescrip. long. tēp. Et incipit tale tp̄s currere ſm prefatos doc. qñ qs cepit illo iure vti. nō vi, nō clā, nec ṗcario, sciēte ⁊ nō ꝯdicēte illo cui fiebat preiudicium. Idem est de mente Inno. in. c. cum dilectus. circa fi. de consuetu. vbi dicit ꝙ quando illud ius quod prescribitur habet causam continuam vel quasi continuam iuxta. l. foramen. de serui, vrba. predi. in ecclesia requiritur tēpus. xl. anno. in alijs sufficit tempus. x. vel. xx. anno. per. l. si quis diuturno. ff. si ser. vendi. ⁊ per. l. ij. in fi. s. de aqua plu. arcen.

¶ Et ista cōclusio etiā fuit gl. magistre loquēdo de seruitutibus vl̄ iuribus q̄ ṗscribit ṗuatus ꝯ priuatū in. l. seruitus prediorū. ff. de seruitu. ⁊ gl. Bar. ⁊ alioꝝ in. l. j. §. deniq̄ȝ. ff. de aqua plu. arcē. ⁊ sequiẜ do. Flo. in. d. l. seruitutes. apostillādo gl. ibi dū alle. d. l. foramē. ibi. n. refert doctrinā Inno. in. d. c. de quarta. ⁊ in. c. cuȝ dilectus. Et exṗsse dicit cū Inn. ꝙ ius † eligēdi hȝ cāȝ q̄si ꝯtinuā, qꝺ

93 ēt dicūt doc. maxime Abb. i. c. cū eccle. sutrina. i gl. antepe. i ṗn. de cau. pos. ⁊ ꝓpriet. ⁊ subnectit Floria. vbi. s. ꝙ ēt ius ṗsentandi vel iuspa. hȝ cāȝ q̄si ꝯtinuā. Subijciēs ꝙ hoc vtile est ꝑꝑ effectuȝ ṗscriptionis, ⁊ qꝺ sufficiant. x. vel. xx. anni ad ṗscribēdū iuspa. ꝯ laicū, sentiunt exṗsse Jo. an. ⁊ Gem. in. c. vnico. in fi. de iure patr. li. vj. post Goffre. in q̄ōnibꝰ suis. q. xviij. Et aduerte q2 ēt si diceretis, ꝙ ius ṗsentādi hȝ cāȝ discōtinuā, ꝓut dicūt aliq de iure eligēdi in. l. ij. C. de seruitu. ⁊ aqua. quo casu videreẜ reqri maius tēpus vt. s. tñ adhuc credo ꝓcedere id qꝺ dixi in ṗscriptiōe iurisp. ꝯ laicū, q2 differētia inter cāȝ ꝯtinuā ⁊ discōtinuā nō sit nisi i seruitutibus realibus, nō aūt in his iuribus, q̄ debenẜ a re ꝑsone ꝓut ius eligēdi, ⁊ eadē rōne ius ṗsentādi vt dicit Panor. in. d. c. cuȝ eccle. sutrina. sup gl. in ꝟbo, ꝑꝑ breuitatē. in ṗn. ⁊ Bar. ⁊ doc. in pluribꝰ locis relatis ꝑ do. Fe. san. in. c. de. iiij. col. xiij. de ṗscri. Sȝ huic ꝯclusiōi obstat, q2 ius eligēdi nō ṗscribit tā paruo tpe vt notaẜ plene in. d. c. cū eccle. sutrina. de cā pos. ⁊ ꝓprie. aliq. n. dicunt reqri tp̄s. xl. anno, Alij dñt ꝙ reqraẜ tm̄ tp̄s cuiꝰ initij memoria nō existat in ꝯriū, ⁊ lȝ Inn. in. d. c. de q̄rta. vtaẜ ꝟbis. s. relatis, tñ

94 prius posuit ibi ꝓ ꝯstāti ꝙ ius eligēdi † nō ṗscribaẜ minori tpe. xl. annoꝝ. ad qꝺ facit bonus tex. iūcta gl. i. c. cū de bñficio. de ṗb. li. vj. vbi eccle. q̄ ꝯsueuit teneri ꝑ religiosos pōt ṗscribi, vt ibi instituanẜ clerici regulares, si ꝑ. xl. annos clerici seculares ibidē ministrauerūt. ergo vr̄ ex idētitate rōnis idē dicēdū in iurepa. Tenendo tñ qꝺ. s. dixi rñde ꝙ in dicto casu fit ṗiudiciū eccle. si ius eligēdi acqraẜ ꝑ alios q nō sunt de illa eccle. vel ad quos de iur. com. nō spectat. nimiꝝ si nō sufficit tp̄s. x. vl̄. xx. anno. ⁊ eodē modo fit ṗiudiciū eccle. i casu dicti. c. cū de bñficio. q2 ꝑ ṗscrip. de q̄ ibi immutaẜ status eccle. nimiꝝ ergo si ibi reqriẜ tp̄s. xl. ann. sȝ i ꝓposito nr̄o nullū fit ṗiudiciū eccle. posito ꝙ muteẜ pr̄onus, qꝺ ꝓbaẜ, q2 pōt pr̄onus alteri donare, vel legare iuspa. cū ꝯsensu epi qñ donatio vel legatū fit laico, iuxta notata i. d. c. illud. j. eo. qꝺ fieri nō posset si ṗiudicareẜ eccle. vt i toto titu. de rebus eccle. nō alie.

¶ Obstare ēt vr̄ premisse ꝯclusioni, q2 dixi ꝙ lȝ in ṗiudiciuȝ pr̄oni currere possit ṗscriptio, qꝺ tñ requiriẜ titulus, vr̄. n. hoc falsuȝ, q2 vbi incorporalia prescribunẜ regulariter, non requiritur titulus. l. si quis diuturno. ff. si serui. vēdi. not. in. l. ij. C. de serui. ⁊ aqua. ⁊ i d. c. de quarta. ⁊ in. d. c. cum ecclesia sutrina. sed respōdeo omittēdo ea que plenissime circa hoc dicūtur in dictis locis, ꝙ ideo presupposui qꝺ prescriptio nō possit incurrere in casu nostro sine titulo, q2 vt. s. declaraui iuspa. nō potest possideri nisi ab eo qui fundauit, ꝯstruxit, vel dotauit vel ab hr̄dibus eius, vel habeat ex priuilegio pape, vel habeat tit. lucratiuū ꝯsensu epi, qñ est laicus vt. s. dixi. alr̄s qs est incapax. ⁊ ꝓpterea nō pōt illud possidere. ⁊ per ꝯñs nec ṗscribere, vel alio mō acqrere iuxta theoricā Joā. an. in. c. ij. de ṗbē. li. vj. ⁊ Abb. in. c. quāto. de ꝯsue. † Circa aliū punctū

95 vcȝ quātū tēpus reqraẜ ad ꝓbādū vel ṗsumēdū titu. in casu, qñ

quis non

qs nõ fundat se sup pscriptione sed fundat se sup titulo iurisp. asserẽdo se vel suos antecessores fundasse eccle. vel alio mõ iuspat. acquisiuisse. do. Abb. in locis vbi tradit hãc doctrinã vcz in. d. c. qrelã. ⁊ in dicta sua disputatione, incip. augerio. nõ aperit quãtũ tẽpus reqrat̃ sed solũ dicit φ debẽt allegari psentationes plurime, ⁊ tpis cursus, ⁊ eisdẽ vbis vtit̃. d. Prepo. in. d. c. hortamur versus fi. sentiũt tñ pfati doc. φ reqrat̃ lõgissima possessio, ⁊ sic vr̃ regrere lõgissimũ tẽpus ⁊ hoc ẽt clare dicit Bal. in. l. cũ super. C. de rei vẽ. vbi formaliter dicit φ ad pbãdũ iuspa. antiquissimũ, valet antiqssima possessio q̃ hr̃ p titulo. in hoc pũcto do. Fely. san. in d. c. causam. in. iij. col. dicit φ requirit̃ tẽpus cuius initij memoria nõ existit in ɔ̃riũ, tñ hoc nõ pbat ⁊ idẽ sentit ipse in suo tractatu, qñ litere aplĩce nocerẽt pronis ecclesiaꝝ. in fi. vbi ẽt dicit φ nõ solũ dz allegari cursus tẽporis sed ẽt titulus, qd̃ est ẽt de mẽte Ab. ⁊ do. Prepo. in locis. s̃. alleg. ⁊ do. Alex. in cõsi. suo. lxxv. s̃. alle. in. iij. col. in. iiij. volu. aliq videnr̃ velle φ sufficiat tẽpus longũ. ⁊ sic. x. anno. ita sentit do. Alex. in preal. ɔsil. q ad hoc multa allegat. ⁊ maxime id φ hr̃ in. l. serui pdioꝝ. in princ. iũcta gl. in verbo certã. in fi. ff. de serui. ⁊ ad hoc possent multa similia accumulari que accumulãt doc. moderni. ⁊ maxime do. Jason maynus pceptor meus in. l. si certis annis. C. de pact. ⁊ do. Fely. saltẽ remissiue in. c. de q̃rta. in pe. col versi. fallit scd̃o de pscrip. ⁊ do. Alex. in cõsi. lxxix. ĩ. statim allegãdo. aliqua iura videtur pbare φ reqrantur. xxx. anni. vt. c. puenit. de empt. ⁊ vẽdi. ibi enim probat̃ iuncta gl. φ ad psumẽdũ solennitatẽ vel cõsensum interuenisse qñ tracta-

96 tur de preiudicio tertij reqritur tẽpus † anno. xxx. ⁊ illũ tex. dicit singularẽ do. Alex. in. l. sciẽdũ. in. ij. col. ff. de ver. obli. ⁊ moderni in. d. l. si certis annis. ⁊ hr̃ p do. Alex. in cõsilijs ibidẽ memoratis p do. Jaso. in versi. quinto limita. ⁊ p eundẽ in ɔ̃si. xxix. inci. circa primũ. in. iij. col. i. j. vol. mihi placet opi. j. loco relata, scz φ reqratur tm̃ tẽpus cuius initij memoria nõ sit in ɔ̃riũ, ⁊ rõ est q: talis allegatio iurispa. hz ius cõe p̃ se, q: q̃libet ecclesia psumit̃ libera vt inquit Abb. in. d. c. q̃relã. iiij. not. p illũ text. ⁊ ad hoc plura allegaui. s̃. sup verbo. cõstruxit. in vlti. qd̃. Et hec cõclusio hñ pbat̃ in d. c. querelã. in verbo, antiqua ɔsuetudine, a ɔ̃rio sensu. illud. n. dr̃ de antiquo cuius nõ extat memoria. not. p Inno. in. c. veniẽs. ⁊ in c. qd̃ p nouale. de verbo. signi. ⁊ doc. in. c. veniens. el. j. de testi. ⁊ p do. Alex. in teris nostris. in. d. cõsi. suo. lxxv. in. iiij. vol. vbi autoritates plurimas ad h̃ allegat q̃ videri possunt. Et idẽ do. Alex. in. l. cũ aliqs. C. de iure delib. in pe. col. vbi expresse dicit φ tẽpus lõgeue vite hois, ⁊ sic tẽpus cẽtũ anno. dr̃ esse de antiquo φ ita,

97 cõiter tenet̃. Aduertẽdũ tñ est circa pdicta † φ qñqz laici psentant rectores nõ ex vi iurispa. sed p viã simplicis petitionis vel supplicationis vt hr̃ p Archi. ⁊ do. Prepo. in. d. c. hortamur. lxxi. di. ⁊ dixi. s̃. sup verbo, cõpetẽs alicui. in. xxv. qd̃. in fin. Tñ hoc casu nõ cogeret̃ eps presentatũ instituere, q: iuspa. non competit psentantibus. c. decernimus, a contrario sensu. xvj. q. vij. ⁊ faciunt que dixi. s̃. super verbo, honorificum. in. j. q.

98 ¶ † Suborit̃ nunc questio accessoria pcedenti q̃stioni. an; pscribit vniuersitatẽ, puta hereditatẽ vel villã prescribat iuspa. Istũ punctũ plene attingit. d. Feli. san. in. d. c. causaz. in. iiij. col. ⁊ post multa dicit cõmuniorẽ eẽ opinionẽ φ sic. siue qs pscribat vniuersitatẽ ex titulo in quo reqrat̃ traditio specialis cuiuslibet rei, vt in donatione ⁊ vẽditione iuxta. l. q tibi. C. de here. ⁊ actio. vẽdi. siue pscribat ex titulo in quo nõ requirat̃ talis specialis traditio vt in aditione hr̃ditatis. iuxta. l. cũ hr̃des. in prin. ff. de acqr. posses. allegat h̃ tenere Jo. an. in. c. ex literis. de iurepa. in. ij. col. ⁊. d. Car. flo. ibi. in. xi. q. ⁊ ẽt do. Ant. d̃ bu. ibidẽ. ⁊ do. Car. in. cle. ij. in. vj. q. de iurepa. Eandẽ opi. tz do. Ab. in multis locis, vbi semp loqtur de vẽditione vel donatione vniuersitatis. ⁊ dicit φ cũ illa trãsit iuspa. ⁊ sic satis psupponit φ si pscriberet̃ vniuersitas ẽt pscriberet̃ iuspa. ita Abb. in. d. c. ex literis. in. c. illud. in. c. cũ seculũ. s̃. eo. ⁊ iudicio meo hoc hñ pbatur in ter. in. d. c. cũ seculũ. ibi, feudoꝝ emptoꝝ ⁊c. Illa. n. verba satis pñt cõprehẽdere cãz φ qs pscripserit vniuersitatẽ ex titulo emptionis, in quo tit. requirit specialis traditio rerũ cõtẽtarũ in vniuersitate vt. s̃. dictũ est ⁊ tñ ibi psupponit̃ φ acquisita vniuersitate sit acquisitũ iuspa. Eãdẽ cõclusionẽ sentit Hosti. in summa huius tituli. §. qualiter. in fi. Idẽ sentit Bar. in. l. in modicis. quã legit cũ. l. hãc legem. ff. de ɔ̃hen. emptio. ⁊ in. l. aufidius. ff. de priuil. credi. vbi presupponit φ vendita vniuersitate trãseat iuspa. Idẽ cõcludit do. Feli. in. c. cũ bertoldus. in fin. de re iudi. ⁊ hoc ẽt tenui. s̃. in. q. huius verbi. ⁊ plenius in. qd̃. xxij. Nec obstat qd̃ reqrat̃ specialis traditio reruz in tit. vẽditionis vt. s̃. dictũ est, sed specialis traditio iurispa. fieri nõ põt sine cõsensu epi. iuxta notata in. d. c. illud. per illũ tex. s̃. eo. ergo iuspa. nõ trãsibit cũ vniuersitate vẽdita. q: ad istud fundamẽtum rñdet clare do. Car. flo. in. d. cle. ij. in. vj. q. ⁊. d. Fel. refert ⁊ sequitur. in. d. c. causam. in. v. col. in prin. vide per tex.

99 ¶ Suborit̃ ẽt alia dubitatio ad pdicta vcz † an eccle. possit pscribere aliã. vno vbo ɔcludẽ φ sic. tex. ẽ i. c. cura. s̃. eo. ⁊ ibi not. Jo. an. Ab. ⁊ ceteri. itelligũt tñ doc. ibi vt possit pscribi iure propetatis, vcz. vt eccle. pscribẽs hẽat eccle. pscriptã ad pprios vsus, vel tãq̃ subiectã vel vnitã. Nõ põt pscribi respectu tituli, scz vt hẽat eccle. tanq̃ platus seu rector, q: hñficia id est tituli hñficioꝝ ecclesiasticoꝝ nõ habent̃ sine istitutione cañ. c. j. de reg. iur. lib. vj. c. et frequẽtibus. s̃. de insti. Qd̃ tñ intelligit̃ vt p gl. singu. ⁊ ibi notata in. c. ɔtingit. de dolo ⁊ cõtu. an aũt q pscripsit ius pñtãdi in aliqbus ecclesijs tanq̃ senior de domo, cẽseat̃ ẽt pscripsisse ius pñtãdi in alijs ecclesijs que sint de iurepa. ipsius domus, ⁊ an q pscripsit ius psentãdi in aliqua ecclesia cẽseat̃ ẽt pscripsisse alia sub iurepa. inclusa. ⁊ p ɔ̃ñs integrũ iuspa. vide que dixi. s̃. in verbo, cõpetens alicui. in. q. xv. ⁊ Lud. ro. plene in ɔsil. suo. ccclxviij. incip. psens ɔsultatio, ⁊ p hec sum expeditus de hac subtilli materia pscriptionis iurispa. ⁊ per ɔ̃ñs de commento huius verbi.

100 ¶ Capio nũc vltimũ vbũ solus vel alio ɔcurrẽte. † Istd̃ verbuz importat vt litera sonat φ pronus efficit̃, neduz q solus fundat, cõstruit, ⁊ dotat sz ẽt si aliquod pdictoꝝ faciat dũmodo alius vel alij ɔcurrãt ⁊ suppleãt qd̃ restat, quo casu oẽs equalr̃ sunt proni. vt declaraui. s̃. sup verbo. ⁊ dotauit. i. xj. ⁊. xij. q. ⁊ q: hec mr̃ia declarata fuit. s̃. i pn. hui⁹ ope. i. j. q. vbi ẽt hñ cadebat. ⁊ ẽt aliqd dixi. s̃. sup verbo, fundauit. i. j. q. ⁊ sup verbo, ɔstruxit. in. iij. q. ⁊ super verbo, dotauit. in. j. q. Aliter nõ repeto. Finẽ igit̃ huic repetitioni, in qua multũ elaborasse profiteor, facio, ad laudẽ omnipotentis Dei, sacratissime virginis Marie, ac totius curie celestis.

FINIS.

Tractatus de Jurepatronatus. D. Pauli de Citadinis.

¶ Ad omnipotentis saluatoris, gloriosissimeqz eius virginis matris Marie, necnõ totius curie celestis triũphantis laudem. Dedicatio tractatus sequentis Pauli de Citadinis, d̃ Mediolano J. U. doctoris. ex collegio iurisperitorum Mediolani, legumqz professoris ordinarij. In inclyta vniuersitate Friburgen. Briscaudie.

¶ Prologus.

Cum mortalium vitã sub ppetuo rex motu, ɔtinuaqz piculoꝝ fluctatione cõsistere pateat. humanis nãqz agimur bellis, mõ seuiẽtib⁹, mõ diuinis, tabe pestifera instãte, vñ cũ ex nobis ipsis sperãda salus ab altissimo nõ sit, nisi procinij vestri intercessione saluberrima. Factuz est vt cũ anno. M. ccccciij. iã emanso peste crassante, vbiqz terraꝝ, pcipue in Germania, passim obscure mortis pauore instãte, commercijs mercatoꝝ cessantibus, literaꝝ ac bonaꝝ artiũ studijs itermissis. In deuz pces, ac vota ɔtinua, rogationesqz ad vos diuina numina darent̃ oĩa assidue, vt salui rapacẽ euaderemus pestẽ. Alio tabula depicta, Alio cera, Alio prio, ac hmõi alijs holocaustis superata epidimie seuitia, precrori suo vota psoluẽre. Ne vacuus gratias agerẽ tpa illa quoꝝ semp honestissima fuit auaritia, colligẽs, psenti tractatu celestis curie limina visere volui. Pronis vobis meis oib⁹ itimis, nõ qs possuz, sz qs deberẽ gratias toto mẽtis affectu supplex referẽs ac hñs, q vite mee icolumis procinium nõ vt proni, sz vt parẽtes optimi suscepistis, studioqz fideli geritis, nõ meritis qdẽ meis, sz vestroꝝ oiuz innata clemẽtia, bonitate, desiderioqz alliciendi oẽs christi fideles ad salutis ppetue cõsortiũ. Non igit̃ volui vel potui auro pictura ve aut cera, nudis vel oratiõib⁹ gratias offerre, sz messis mee hos fasciculos tantillos, cũ vobis ex me nihil gratius esse arbitrarer obtuli. Quibus bene numati intelligere poterũt qualiter ecclesias tẽplaqz in nomẽ vestrũ fundando, dotãdo, ditãdo, reparãdo, redificãdo, iusto titulo pscribẽdo, pape priuilegia merẽdo, vestrũ nõ minus fidissi

mū q̄ certissimū patrocinū acqrere valuerint, p̄roniq; ipsarū ec clesiarū existere cū honore, gaudio, cura, de qbus parte sexta. intelligent ⁊ seruoꝝ possessores ⁊ dn̄i qcunq; ex manumittēdi liberalitate p̄ronatus nomē acqri, cū emolumētis ⁊ curis, ⁊ de qbus parte sexta. Cognoscēt ⁊ p̄rocinia vestra optātes, iurium genera plura, patronorum varia, causas p̄ronatū acquirentes, adinuentionis causam iuris huius, patronoꝝ inuicē differentias varias, iurispatro. fructus, qbus cōpetat, qualiter pluribus, quo trāsferatur mō, quo ve exerceaẗ, qd agendū cū non ꝯcordant p̄roni, q̄uo pdatur. Quibus cognitis nō dubito, p̄roni nomen honorificū ac salubre plures appetētes ad p̄rocinia vestra ꝯfugiēt, nō corporis tm̄, sed anime magis auxiliū exposcētes. Quibus maxime pcor adeste ꝑpitij, vt illos largitas ac vestra summa bonitas inclinet ⁊ trahat, quos q̄nq; crudelitas non flectit. Ut igitur, ⁊ gratū me in protectionem vestram tutissimam habuistis, sic ⁊ in futurū flagito. Ingenij autē mei vires exiguas, ⁊ adhuc satis immaturas grato suscipite spiritu a magnanimo exalātes corde. Meliora ni recusabo vbi potētiori vestro spiramine suffultus. Quātū vero licet a maloꝝ oblocutionibus in melius vertite ⁊ protegite. Non me enim fame stimulus, non glorie ardor inanis, sed bn̄ficij vestri cōtinui flāma splēdidissima erga me demeritū, vt in qualē qualez reddere cōpēsaꝫ illuminauit. Quo circa beneuolis ⁊ optantibus ardentissimo corde cōcepta hec ad laudeꝫ vestrā exponere nō timui, nullo p me in hac materia viso vere tractatu alioq si forte extaret, sit tūc studiosis optioni loc⁹, ⁊ q̄ in vno defuerit, altero absq; liuore prestabitur. Ingratis aūt ⁊ inuitis nō exhibui, nec scripta hec mea aliquē offendēt, dū ⁊ inuidus nō offendaẗ occultus scriptura. Si qd aūt in his esse inscriptis in quo me ꝗsquā errare minus ve bene sentire cognouerit, vt ipse rectius iudicium melius ꝑferat exopto. Satis vero mihi fuerit opera mea, alios ad indagande veritatis studium excitasse.

Ad Maximilianum dei gratia

Romanorum regem inuictissimum, Cesaremq; semper Augustum Terrestrem patronum vniuersalez, ⁊ dominum suumq; precipuum dominum fauentissimum Pauli de Citadinis de Mediolano Juris vtriusq; doctoris, legumq; ꝓfessoris ordinarij in eiusdeꝫ Maximiliani inclyta vniuersitate Friburgensi Briscaudie dedicatio tractatus sequentis.

Constat diue Maximiliane Promethen Japetidē Archadie virū acutissimi ingenij spectateq; peritie. hoies incompositos, ac rudes ad politiores mores reduxisse, Augustino teste in li. xviij. de ciuitate dei ex lutoq; corporibus cōpositi igneū spiritū celo raptū inspirasse animāq; ⁊ sensus vt veteres finxere igeniosi poete, insufflasse. Unde fit rex illustrissime, Cesar inuictissime vt cū rudē quādā molē i iurispa. materia formauerim, ⁊ codicillos, vt sic dixerim, quosdā ineffigiatos scripserim, illos optās viuificari. Cuius numini eosdē dedicarē nullus Prometheus mihi melior maiestatis tue splēdore occurrit. A te nāq; deo terestri. l. q; in terris inanimata. §. fi. Auctentico de ꝯsue. colla. iiij. vite exordiū assument. A te legū patre anima, iura animāte ⁊ cōfouēte. §. j. auc. de fi. instru. col. vj. §. dubitatuꝫ. auc. de ince. nup. coll. ij. spirtū hauriēt. Tu nāq; in. l. queris. ff. de nata. resti. iacētes subleuas. Tu optimus maximusq; princeps. vt inqt Papinia. in. l. q solidū. §. j. de leg. ij. inuocantes exaudis, ineffigiatos ad formā reducis. Tu cōis omnium pater. auc. neq; virū q̄ ex dote, collati. viij. depressos erigis. Tu quē Christus in tēporalibus eius terrestrē vicariū elegit. Bal. in. l. j. ff. de iur. aur. annu. supplices extollis. Tu solus ꝓuinciarū omniūq; superior ⁊ dominus verus. c. adrianus. lxiij. distin. rerūq; ⁊ psonaꝝ oim supremus. l. pen̄. C. de bo. que libe. oia ꝯfusa bilāce secernis equissimo. Tu vnicus in orbe romanoꝝ rex ⁊ imperator. glo. in. c. venerabilē. in verbo, in germanos. de elec. c. si imperator. lxxxvj. distin. recto vteris eqtatis sceptro. vt Josias. iiij. regū. xxij. nō idexterā vel in sinistrā inclinās, calcata iustitie vestigia iustissime ꝑsequeris. Tu solus leges interpretaris. solus es legū cōditor ⁊ reformator. Tu solus ex ꝓpria iudicās ꝯsciētia. Bar. in. l. j. C. vt q desunt aduoca. Hūc meū iurispatro. tractatulū iudica, ⁊ corde suscipe benigno. Tu qui defectus omnes comissariuꝫ solennitatū sacrato tuo nomine comples ⁊ corroboras. Cardi. cle. ij. nota. §. de re iudi. nō dedigneris queso me roboratione ac spiritū a tui nominis inscriptiōe sumptū laboribus istis meis insufflasse. Nō enim ad tuarū detractionē laudū inuocationeꝫ hāc tēdere existimaui, sed ad cumulū potius. Quas si cōmemorare vellē, non copia preclara, sed infulsa mea magis oratio, tēpusq; deficeret. Grāde vero nephas illud arbitrarer humeris debilibus imponere, qd nec sufferre valerēt. Turpius nāq; esse Phauorinus philosophus lepidissimus dicebat frigide aliquē laudare, quā insectāter ⁊ grauiter vituperare. Quanto. n. qs acerbius vituperat, tātomagis ꝓ iniquo ⁊ inimico habeẗ, nec vituperatio illa plerunq; fidē capit, q̄ vo ifecūde ⁊ ieiune laudat. amicus qdē eius quē laudare vult crediẗ, sed nihil reperire posse q̄ iure laudet. Gellio teste. c. iij. lib. xvij. Hinc me agitat nō pfecta dicēdi facūdia, aut orādi elegātia sed augustissimarū tuaꝝ laudū preconia immemorabilia. maximusq; meus erga maiestatē tuā ardor, fidelitas non minus integra quā deuota. Astringūt quoq; estuantē mētē meā innumera maiestatis tue benemerita erga vniuersitatē istā tuaꝫ inclytā ⁊ me cōcepta ⁊ corā gratāter exponere. Ne qua aūt p assentationē eloqui deprehēdar, pleriq; manifesta enarrabo, que lꝫ minus eloquētie, eo tm̄ securius quo plus fidei cōsequēter exprimam. Si igiẗ natiuitatis tue originē cōtēplari libuerit, cōtēplādo admirari, admirando obstupescere, intellectu facile erit nihil tibi a natura penitus fuisse denegatū. Si ⁊ dotes animi, quibus te natura insigniuit rimari licuerit, nō minus admirationis q̄ gaudij letitie ꝯsurget. Ex gēte nāq; Austria a qua originē tua deducit maiestas inclytissima ⁊ celebratissima, tot reges ⁊ imperatores exiliuisse nobilissimos qs ignorat, Pānonie. Boemie, Ungarie q̄nq; ⁊ Polonie. Ex stirpe illa nobilissima occurrūt Rodulph⁹ Cornubine comarch⁹. xvij. Germanis iperator. Ex eo Albert⁹ filius Austrie dux. ex Ger. xix. iperator Comarchus h. Luciburgē. ex Germa. xx. impator. Hinc. Albe. Austrie dux Sigismundi Lucibur. Boe. ⁊ Ungarie regis ⁊ impatoris. xxvj. gener postea rex Boe. ⁊ Ungarie. deinde ⁊ impator. xxvj. apud Frankfordiā oium principiū suffragijs ⁊ fide ita creatus, vt eius imperio ⁊ principatu orbis felix diceret, vir adeo ingeniosus ac virtute p̄ditus in cuius imperij principio tres soles apparuere, tria denotātes eccle. regimina eodē anno sequuta. Excreuit huic Federicus dux Austrie ex Germanis. xxvij. imperator. vir qdeꝫ in oi ꝓbitatis ⁊ glorie genere pientissimus ēt qbuscūq; viris illustrissimis priscis nedū ꝯferrendus, sꝫ magis preferēdus, formidabilis, magni ingenij princeps, genitor tuus pientissimus gloriosissime memorie. Hi oēs ex splēdidissima gēte Austria culmē celaꝝ attigerunt atq; prudentissime gubernarūt alios reges ⁊ pricipes p plures omitto oi laude dignos. Hernestos, Leopoldos, Hēricos, Ottones, Albertos, q ꝑstātia ac virtutibus nō minus digni fuere iperiali sceptro, q̄ iperiū dignū fuerit p supradictos iperatores sanctissimos gubernari, quos iter nō possuꝫ nō cōnumerare Albertū felicis memorie patrū tuū obseruātissimū, te pcipua dilectiōe p̄rna dilectū, q sua iter facta pclara se nō minus religiosissimū q̄ Christianissimū demōstrauit christianā religiōnē amplificādo ex inumerabili tēploꝝ, ecclesiaꝝ, claustroꝝ, hospitaliū. piorūq; locoꝝ fundatione, virginū dotatiōe, oi deniq; eleemosynaꝝ elargitiōe, qs. n. eum ignorat ex pietate acqsita iura nec sibi reseruasse, sꝫ ex pietate opus pietissimū erexisse. ius. n. p̄ro. tū fūdatione. tū ēt dotatione vel alias in q̄ plurimis ecclesijs acqsitū hoc ꝓprio motu cū maximo affectu in erectionē iclyte vniuersitatis tue Friburg. annuētibus alijs p̄ncipibus oibus Austrie donis illustrissimis elargitus est. ex q̄ qdē vniuersitate quot viri cuiuslibet generis sciētia p̄diti, alij ad curā aiarū, alij ad iustitie ꝓtectioneꝫ causarūq; defēsionē, alij ad corpoꝝ salutē, alij ad ciuitarū rerūq; publicaꝝ cuiuscūq; vł status vł iperij gubernationē optimā quotidie exurgāt, plus admirabile q̄ nouū vel inauditū est. Et si nullū opus piū aliud opatus fuisset, h̄ deniq; tāti meriti existio vt saluā eius aiaꝫ reddere potuerit iuxta illud Dan̄. xij. Qui docti sunt fulgebūt quasi splēdor firmamēti, ⁊ q ad iustitiā erudiūt multos, vel causa sunt vt erudiant, quasi stelle in ꝑpetuas eternitates. Si natiuitatē assumpsero tuā, nobiliorē illa nō facile reperiri posse puto. ex vtroq;. n. stipe regali cōpositā tenes. Federicus. n. huius nois tertius, genitor tuus pientissi⁹, dux Austrie, Romanoꝝ rex ⁊ Imperator maximus Heleonorā Heduardi Lucitanie regis filiam. ⁊ Alphonsi Hispaniaꝝ regis preclarissimi neptē habuit vxorē nobilissimā. ex q̄ te vnicū ⁊ charissimū habuit. Et vt vnice eras spei, ac expectatiōis mire, ⁊ ita ⁊ paternarū laudum vnicus successor ⁊ Imperij extitisti. Hec tua fuit sublimis origo, cui nec quicquā amplius addi posse videbatur. Tu vero gloriari ex alieno iactantiā ridiculosam aduertens merita etiam parentum, filiorum degenerantiuꝫ maculas nō minus dicas, veram autem virtutem ac laudem, nisi a se ipso sumptā ab alio nō expectandam animo quoq; vertens responsum prudentissimum

tissimū Alex. Mace. regis decimi sodalibus exhibitū duz eum
extollere niterent a futura successione patris opulenta habenda.
Quid pdest inquit si multa relinquant nobis cū ipsi agamus ni-
hil. Tua semp fuit cura precipua, vt nō minus imperio q̄ patre
imperatore dignus redderis. Quicqd igit ad beatā vitā excogi-
tari potest, hoc maxime es insectatus, cetera caduca cognoscens
Et cū alij mortales i hac terrena militia ea querant q̄ laboribus
durissimis acqsita breui labūtur. Tu vero prudētissim⁹ nulli par
cēs labori acqrere id curasti q̄ ppetuo nec pdit, virtutē. s. anime
tegumētū optimū vicinoꝝ ppugnaculū tutissimū. Iraz nāq3 do-
cet cohibere, cupiditatē cōpescer, libidinē refrenare. sm Ambro.
c. cū renūtiat. xxxiij. q. j. Hinc Horatius, virtus est vitium fugere
& sapiētia prima. Hāc solā fortunatissimos facere posse adiudica
sti, cum ex alijs psperis solis non possit ac sine felicitas inueniri,
Hāc quatuor genera virtutū ɔtinētē sm Macrobiū adeo inse-
ctatus es & insequeris, vt nedū in aliquo deficis genere, sed i qua
libet generū specie ita redūdas, vt admirabile ex vite tue institu-
to speculum psens imitari possit qcunq3 optās optimi regis gu-
bernationē isectari, Idcirco exēplares virtutes appellauit Ma-
crobius, que vt verū exēplar in alijs pollētes nobis sint imitāde.
¶ Hoc igit primo exēplari genere, ex his ɔstante que nec homo
nec mors aufert ex nobis, Te speculū splēdidissimū diuine legis
obseruatorē integerrimū habemus de te, vt Ambro. de Abra-
ham. lib. de officijs. c. xiij. dicā Credit Abrahā deo, & reputatū ē
illi ad iustitiā. Nō solū credis, sed credēdo obseruas, obseruādo
alios ad obseruātiā cogis & inuitas. In hoc genere exēplari cōca
thenatas virtutes. M. tuā cōplecti iustitiā sc3 fortitudinē, tēperā
tiā, & prudētiā non tam admirandū, q̄ ratum est. Prudentia. n.
maxima calles, quā in veri, idest dei cognitione cōstare asserūt, si
ne qua omnez doctrinā & virtutē sine capite quemq3 habere La-
ctātius dicebat li. ij. Cū ipse sit virtutis & doctrine caput. quez q
nō agnoscit. l3 videat, cecus est. l3 audiat surdus, l3 loquat mu-
tus, Qui vero cū creatorē ac rex parētē omniū cognouerit, tūc
videbit, audiet, & loquet. cū caput habere incipiat in quo sunt sen
sus omnes collocati. Referūt antiq oratores Argū quintū Ar-
giuoꝝ regē cētū oculos gessisse, eo q̄ cūcta sua incōparabili pru-
dētia videret. Tu vero nō tm̄ cētū, sed de te dicere valeo qd̄ Ver
gili⁹ de fama. Quot sunt corpore plume. tot vigiles oculi subter
mirabile dictu. Tu pfecto veritatē tenes in qua deus est, vel deū
in quo veritas est, oculis cordis continuo aspicis & cōtemplaris,
adeo vt tibi ascribi possit qd̄ de. s. Jacob dr, q dn̄m vidit facie ad
faciē, & bn̄dictionē meruit. ¶ In te prudētia. i. mēs diuina, inau-
dituz qz diuina pcepta audis, audita pectori affigis & obseruas.
In sermone nō deficit prudētia dū celestia disseris, virtutē ac dei
maiestatē enarras. Os tuū in malū nec in vanū aperit. Mēte iu
stitiā diuinā contines, que penni lege a sempiterni operis ɔtinua
tione nō flectit. Te ipsuz prius in diuino ɔspectu accusas q̄ alio
tibijpsi non parcis. ¶ Fortitudine animi nō cares virtuosa. Ani
mus tuus eisdem sedibus semp cōtinet non prosperitate titillat,
aduersitate nō tāgit, inter dulcia & amara semper idē, eundē cum
deo colluctari vt de Jacob dr, arbitror vires ex tactu diuino ca.
vt ex terra matre Antheuz ferūt antiq autores. ¶ Temperātia
semp adest aio tuo, eiusdē semp intētioni est amicus aduersa que
q3 sufferens, spē tuā in deū collocans, ita vt dicere possimus. Cor
regis in manibus dei est. auc. de fide instrumen. in glo. imponat.
¶ Genus virtutis sm pollitice, q̄ ad humani generis societatez
spectat totū cōplecteris. Virtutes politice, id est ciuilis hois di-
cunt, qz homo animal sociale est. Hmōi virtutibus viri boni rei-
publice ɔsulūt, vrbes tuent, parētes venerātur, liberos amāt, pxi
mos diligunt, ciuiū salutē gubernāt, socios circunspecta pruiden
tia ptegunt, alios his merendo memores faciunt. Tu vero vltra
alios, vt es pollicitus, ita prudētia excedis, ea ipsa ad normā cūn-
cta redigis, nihil preter rectū agis, humanis actibus tāquā diui
nis arbitris puides. Inest prudētie tue rō solidissima, intellectus
sanus, circūspectio amplissima, pruidētia maxima, vt Noe equi-
parari valeas, q mira pruidētia archā cōposuit vt generis huma
ni propagationē seruaret. ¶ Fortitudinē demōstras, dū animuz
sup periculoꝝ metū extollis, algores, estus, belloꝝ inediā sitimq3
dum toleras. Non hominē. nō siluestre aufugis animal. Nil nisi
turpia times. Hec tibi fortitudo. Magnanimitas, fiduciā, ɔstan
tiam, securitatē, tolerātiā ac firmitatē omnē cōfert. ¶ Tēperētiā
ostentas. nihil appetēdo penitēdū, in nullo rōnis legē excedendo
sub rōnis iugo cupiditatē domitādo. Oblocutiones innumeras,
nec curas cum scis in cōsciētia securus. Inde illa tua venusta mo
destia, virginea verecūdia, abstinētia sancta, castitas deuota. ho-
nestas grauissima, imperij moderatio cōsultissima, parcitas lau-
datissima, sobrietas rarissima. in his pcipue terris. pudicitia ho-
nestissima. ¶ Iustus pietatis modū, diuineq3 volūtatis ordinē in
omni executione seruas, vt Abrahaz in filij pprij immolatione.
Iustitiā politicā exhibes, vnicuiq3 q̄ suū est seruādo. Nemo q̄
uis humilis & deploratus, te iudice, suo iuri diffidit. Nihil l3 gra
tie causa statuas. oīa tn̄ q̄ statutis grata sunt, Si quid vero aspe-
rius q̄ animi tui habene patiant vnq̄ decernere coactus fueris,
qd̄ rarissime euenit misericordie lenitate & bn̄ficio largitate, lata
manu hoc multū cōpēsas. Supplicātibus tam gratas pbes au-
res, neminē ledis, oibus te ita equalē pstas vt verificatū videat,
qd̄ vsq3 ad Justiniani imperatoris tēpora in principiū creatione
acclamabat Augusto imperatore sit felicior, Traiano imperato
re Hispano melior. ¶ Ex iustitia est illa innocētia tua imacula-
ta. Pietas nō mō erga tuos, sed & omnes exteros sincera, reli-
gio sancta. Affectus in omnē bn̄ficētissimus. Humanitas clemē
tissima, ea, pace antiquitatis dixerim, Juliū cesarē excedis, Non
semp vltore ferro delinquētes, nō armata manu rebelles corri-
gis, sed humanitate ac illecebris recōcilias & foues. ¶ Tertiū l3
genus virtutis, purgatorie illis ascripserit Macrobius, q sese
humanoꝝ quadā fuga, solis diuinis dedere, & ociosis, q rerū pu-
blicarū actibus se sequestrarūt. Has igit purgatorias vocauit,
quia solum eius animum expediunt, q se a corporis cōtagione &
macula purgare decreuerit. Huius tn̄ generis non modicā obti
net maiestas tua partem, enim dum tibi quietem prestari arbitra
mur per noctē, eam in somnū magna pro parte reuoluis, Deū in
timo querens affectu. Quātum autē Julius Cesar, noctis diur
na gesta scribendo consumpsit, tantūdem tu dum iter rectuz vite
tenere optas. Celum, & non terraz, Deum non hominem, diuinā
legem, sempiternam, generalez, incommutabilē, nos ad iter vex
summūq3 bonum dirigentem, veram, rectam, natur eq3 cōgruā,
nō humanam, fragilez aut inequalem, corde tractando pcurris.
¶ Verum iter inuestigare quo ad cognitionez scientie peruenia
mus, ac inquirendi cupiditatez omnibus natura prestitit. in quo
excellere vniuersis pulchrum videtur, licet paucorum sit assequi.
Hoc tamen tu diue Maximiliane, dum per noctem ɔsideras cō
siderans cogitas, cogitando examinas, examinando delectaris,
delectādo facis qcquid ad bene, beate, honesteq3 viuendū perti
nere potest. Ita quod omnes, te precipuo quoda diuine prouidē
tie dono genitum, mirari valeamus. Indulgentissima quippe na
tura te suis qbuscūq3 peculiaribus dotibus exornauit. In te vir
tutes collocauit. Actiuam & cōtemplatiuā vitā tibi prestitit, pre-
stitam experimur, expertam eam imitādam habemus.
¶ Virtutis genus vltimum adeo exples, vt quicquā haud addi
possit, has purgati animi appellat virtutes Macrobius. cū per
supradictas iam animus tuus defecatus sit, & ab oi mūdi asper-
gine pressus & pure detersus. Inde prudētia illa singulari fit. vt di
ua dona tibi in electio. non sint, sed sola illa noscis, & absq3 praua
macula intueris, intuendo potiris & delectaris
¶ Incredibilis est tue temperantie virtus, terrenas cupiditates
hominumq3 mordaces sententias ac de te falsa iudicia non soluz
opprimere, sed contemnere potius & obliuisci
¶ Illud mente reuoluis qd̄ sanctus Gregorius Cōstatino Me
diolanensi archiepiscopo scripsit librum inter accusationes extā-
re quē propria defenderet cōscientia. c. in cūctis. ij. q. iij. Tua hic
fortitudo nō solum animi passiones diuersas superat, sed & igno
rat, ita vt irasci nesciat concessa nisi cupiat & obtineat.
¶ Justitie vero tue est adeo cum superna mēte sociari, vt tecū ea
perpetuū fedus iniuisse existiment homines. Tu igit in quo non
singula virtutis genera tantū, sed cuiuslibet generis singuli virtu
tum gradus vel species adeo vigent, vt te non tantū virtuosum,
sed virtuosissimum & ipsam virtutē merito nuncupare possimus.
Tu virtus virtuosissima, cui inter astra tātū locus dari deberet,
q inter nos calamitosos iperiū a deo cōstitutū, auc. quomō opor
teat episcopos, ad honorū laudem & quietem, maloꝝ vero vindi
ctā & coercionē equissime moderatis, ca. magnū. xj. q. j. Tu solus
in terris deus. Receptui meo veniā pbens, hosce labores meos
suscipe, vultu sereno ac numine propicio Pauli tui de citadinis
Juris vtriusq3 doctor de Mediolano agelli mei munusculuz, ac
fructus tenui manu collectos, sed imensa voluntate tuo sacratissi
mo sceptro dedicatos, q incrementū nō exiguū suscipient vbi re
galis tui splendori fauorē & succum imbiberint. Memorie tenes
ac opere cōples nō dubito q̄ Artaxerxes rex Persarū serenis-
simus crebro sermone vsurpabat. Nō minus regale & humanuz
esse in rege parua munera accipere, q̄ grādia elargiri, quod pro
tua in oēs munificētia & humanitate futuꝝ arbitror & spero. Va
le terrarum dominus decētissimus, lex vero maris firmissima.

Tractatus perutilis de Iure

patronatus per me Paulum de Citadinis de Medio lano. J.v.docto.ac legum professorem ordinariū, in inclyta vniuersitate Friburgensi, compositus, ⁊ editus, feliciter incipit.

SVMMARIVM

1 Verbum tractare quot modis capi possit in iure.
2 Tractatus quandoq; ponitur pro questione.
3 Tractatorij qui dicantur, ⁊ que sint tractatorie litere.

TRactatum Istum de iurepatronatus, cū q̄stionibus oibusq; eisdē accessorijs ⁊ dependentibus, ad laudez oipotentis ⁊ gloriose ei⁹ mr̄is virginis totiusq; curie celestis triūphantis aggredior. Quē pro clariori aditu ⁊ intelligētia, diuidaz in quatuordecim partes. In prima vidēdū erit, quot sint iuriū genera deueniendo ad ius istud. In secūda, quot sint p̄ronoꝝ genera, ⁊ p ꝯsequens quot sint p̄ronatus iura. In tertia, ex q̄bus illa ꝑcedant. In quarta, qua de cā sint iura p̄ronatus adinueuta. In q̄nta, in quo differat qlibet p̄ronus ab alio diuersi iurispa. In sexta, qd cuilibet p̄rono iurispa. cōferat. In septima, q̄bus cōpetat iuspatronatus. In octaua q̄n competat. In nona q̄uo iuspatro. trāsferaẗ. In decima q̄uo pluribus vel singulis cōpetat. In vndecima, q̄uo iuspa. exerceaẗ p patronū. In duodecima, quid si in exercitio sint p̄roni differētes. In tredecima que sit differētia inter p̄ronos eiusdē generis seculares ⁊ ecclesi. In vltima, q̄uo perdaẗ iuspa. vel extinguaẗ. Anteq̄z ad q̄ones partitū deueniā, q; ad cognitionē specierū p̄mittēda est aliqua generis cognitio, ⁊ q; de iurepa. tractare intēdo. Proderit primo scire† ꝙ verbū tractare varijs in iure accipiẗ modis. Primo.n. poniẗ tractari ꝑ dici, vt tractari pōt de hac re.i.dici.l.j.in fi.ff.de calū. ¶ Scdo tractare est in mediū ꝑponere ⁊ q̄rere, postea ad partes arguere, demū determinare. Ita vtiẗ Juriscō.in.l.cū hic status.§.si ambo.ff.de do. int.vi.⁊ vxor. Unde ⁊ dr̄ tractatus q; isto mō ꝑcedere debēt tractātes. ꝙ quātū potero obseruare enitar. Sic ⁊ aliq̄n poniẗ tractatus† p.q.l.naturalis.§.sed si facio.ff.de p̄scri.ver. Ita dialectici tractatū dicūt, qd̄ iuriste q̄oez appellāt.l.q q̄dragīnta.in prin. ff.ad.l.fal. Et q; fit tracta. ex ꝑpositione ⁊ argumētatione hincinde ⁊ cōclusi.ideo poniẗ tractatus ꝑ toto illo colloquio.l.⁊ si amicis qs.ff.ad le.iul.de adul. Ubi domus in qua cōueniūt hoies ad tractādū de adulterio dn̄o sciēte facit dn̄m teneri de adulterio ex sola sciētia, ⁊ patiētia, q; sine tali colloquio adulteriū nō facile cōmitti pōt, ⁊ ita puniẗ qs ex tali tractatu sicut ex ꝑpetrato adulterio. Car. in cle.ij.viij.notabili de re iudi. ¶ Tertio tractari ponitur ꝑ reputari ⁊ teneri, sicut videmus statuta sonantia ꝙ scholares vel alie p̄sone tractenẗ vt ciues.i.habeanẗ ⁊ reputenẗ ꝑ ciuibus in oibus ⁊ p omnia.vt plene hr̄ in.l.j.p Bart. ⁊ Moder.ff. de leg.j.hinc ēt dicunẗ tractatorij† q tractāt, ⁊ retractāt manib⁹ equos ⁊ alia animalia vsui sacro destinata. Et tractatorie litere. i.litere licētie vehēdi equos ⁊ alia animalia de q̄bus in gl.rubri. ce.C.de tractatorijs ⁊ statu.li.xij. Sed ista duo nil ad rombum.

SVMMARIVM

1 Jurium quot sint genera.
2 Jus naturale quot modis dicatur.
3 Jus gentium quid a naturali distet.
4 Jus ciuile multis capitur modis.
5 Jus canonicum quod sit, ⁊ vnde dicatur.
6 Jus diuinum in quibus consistat.
7 Aureorum anulorum ius olim quibus concedebatur.
8 Militare ius quod sit, ⁊ in quibus consistat.
9 Jus publicum quot modis capiatur.
10 Juri publico an quis renuntiare possit.
11 Jus priuatum quibus principaliter pertineat.
12 Jus esse alicui quid sit.
13 Jus vnde dicatur.
14 Jus adeunde hereditatis quid sit. Et quid ius excludendi, ⁊ qd ius gabellas exigendi, ⁊ quid ius petendi.
15 Jus eligendi quis habet. Item cōfirmandi, alienandi, coquendi in furno, ⁊ quis ius torculandi.
16 Jus trebellianice ꝙ sit itē ius accrescēdi, deliberādi ⁊ succedēdi.
17 Jus petēdi supplementum legitime quibus competat. Item ius accusandi, prohibendi, ⁊ ius dicendi testamentum nullum.
18 Jus excipiendi, redimendi, presentandi, ⁊ arbitrādi qui habeāt.
19 Jus declarādi qd̄ superiori cōpetit ad successores nō trāsmittiẗ.
20 Jus implēdi cōditionē potestatiuā an ad heredes transmittatur. Item ius aucupandi auctoritate propria quibus competat.
21 Jus collectandi a quibus imponatur.
22 Forensis persona in quibus casibus subdita dicatur.
23 Jus probādi, legitimādi, pascendi, vtēdi, fruendi, q̄bus cōpetat.
24 Jus piscā. aucupādi.⁊ venādi qd, ⁊ an liceat i flu. ꝑuato piscari. Jus retinendi rem pro expensis quando quis habere dicatur.
25 Juspatronatus qd̄ priuatū ius dicitur, quibus cōpetere censeaẗ.
26 Juspatronatus pluribus dicitur modis.
27 Jus aliquando capitur pro merito, ⁊ quandoq; pro liquore eorum que coquuntur capi potest.

¶ Prima pars. Quot sunt iurium genera.

3 nō poterit eligi. † Et queadmodū ꝓdigus nō pōt eligi, sic ēt nec testari. text. in. l. is cui. ff. de testa. et ibi Bar. tex. in. §. itē ꝓdigus insti. qbus nō est pmissum facere testa. et ibi. Ang. nisi testaret͂ in ter liberos, vt ꝯsuluit Bal. in cōsi. cclxxxv. j. li. et est decisio rote in antiqs deci. dccclxvj. de testa. q̄ hāc materiaz bn̄ tractat. et q̄ꝫuis ꝓdigus acqrere possit, nō tn̄ pōt obligari p quo tex. et ibi Bar. ff. de verb. obli. l. is cui. qd aūt si iurauerit obserure ꝯtrū ipse ꝓ digus, an teneat͂ ad eius obseruātiam: Bart. in. d. l. is cui. de ʋ.
4 obli. arguit p et ꝯ. et demūꝯcludit post Jacobū de † are. q ꝓdi gus nō teneat͂ ad obseruātiā iuramēti, qꝛ ei est interdictū bonis et iuramētū dꝫ hēre et cōtinere iustitiā veritatē et discretionē et iu diciū, sed ꝓdigus nō dr̄ hēre discretionē seu iudiciū, ergo nō te net͂ ad obseruātiā iuramēti. et sic dicit dictus Bar. rn̄disse quen dā valētē canonistā, et ita ꝯsuluisse se dicit ibidē idē Bar. et rō ē, qꝛ talis actus est ꝓdigo interdictus p superiorem, quo posito sic arguit, venire ꝯ pceptū superioris est peccatū mortale, qꝛ q non obedierit principi morte moriat͂. de maio. et obe. c. ij. et intelligit͂ pricipi siue ecclīastico, siue seculari. vt ibi notat͂. ꝓdig⁹ g̃ q iurat sup ꝯctu ꝓhibito, iurat obseruare q ē pctm̄ mortale, et iō ad eius obseruātiā nō tenet͂, p quo tex. in auc. q eis. C. de nup. et de reg.
5 iur. nō est obligatoriū. lib. vj. Et eadē rōne putat idē Bar. vbicū qꝫ statutū ꝓhibet aliquē ꝯhere vel aliqd facere, ille hoc faciēdo et sup hoc iurādo nō obligat͂. † fatet͂ tn̄ quod imponet͂ sic iurāti pena ratione iuramenti temerarij, quod nota.

SVMMARIVM

1 Usurarius publicus eligi nō potest ad dignitates ecclīasticas.
2 Usure an sint iure diuino ꝓhibite et an iure ciuili.
3 Mutuās qbus casibus possit vltra sortē recipere absqꝫ vsura.
4 Usura qualiter cōmittatur in missarum fundationibus.
5 Dona iniquoꝝ ab altissimo sunt reprobata.
6 Usuras committere non licet pro cultus diuini augmentatione aut captiuoꝝ redemptione.

¶ Capitulum. xxxiij. secunde partis.

1 **Trigesimotertio** reqrit͂ † ne eligē dus sit vsurari⁹ publicus et manifestus, qꝛ tales eligi nō pn̄t. tex. in. c. de petro. xlvij. dist. vbi Grego. ingt amatoribus vsu rarū nulla rōne manus iponimus, et ibi Do. d. s. ge. nā oēs tales sunt infames. tex. in. l. improbū. C. ex qb. cau. infa. irrogat͂, et per ꝯn̄s ad dignitates et officia aspirare non pn̄t. l. neqꝫ famosis. C. de digni. lib. xij. cū similibus. et qd vsurarij publici nō valeāt pro moueri ad dignitates et officia, ita expsse tꝫ Jason de mayno. in. l. barbarius in co. iiij. ff. de offi. pto. et ibi p eū de inhabili electo a populo credēte eū habilē ad exercēdū offm̄, an ppea dicat͂ habi
2 litatus. † Qualiter vsure sunt ꝓhibite de iure diuino, vide Bar. in. l. si nō sortē. de ꝯdi. indebi. ff. p quo tex. in Psal. xiiij. q pecu niā nō dedit ad vsurā. et Leuiti. xxv. vbi ne accipias vsuras nec amplius q̄ꝫ dedisti. et ibidē pecuniā tuā non dabis ad vsuram. et

Deuterono.c.xxiij.vbi nō feneraberis fratri tuo.ꝛ ſic de iure di uino vſure ſunt ꝓhibite in veteri teſtō,in nouo quoqꝫ.Luce.vj. mutuū date nihil īde ſperātes.an aūt de iure ciuili ſint vſure ꝓhi bite,vide Bar.in.l.cūctos populos.C.de ſumma trinita.et fide catho.col.iij.ꝛ.iiij.ꝛ glo.ſup verbo,aplīce.glo.ēt in.l.cū allegas .C.de vſuris.ꝛ ī gl.j.ī auc.de eccle.tit.col.ix.ſup hoc videas pa noꝛ.in.c.cuꝫ ſit gñale.de foro cōpe.col.v.ꝛ.vj.ſup gl.poſita ī xͦ bo,malefactores,vbi ɔcludit ō mēte imperatoꝝ nunqꝫ fuiſſe ex

3 preſſe ꝓhibere vſuras.¶ †Si velis videre aliquos caſus in qͥ bus pōt qs accipere vltra ſortē nec ꝓpterea illaqueabiṫ crimine vſuraꝝ,videas gl.in xͦbo,de feudo.in.c.cōqueſtus.de vſur. vbi pañ.vna cū gl.ibidē poſita enumerat multos caſus. vide ēt Jo. fab.ſup rubrica vſur.C.q ēt aliquos caſus enumerat, vide etiaꝫ Fely.in.c.cuꝫ venerabilis.de excep.col.iij.ꝛ.iiij.q ibi plene poſt Pañ.examinat q̄liter de iure canonico pōt peti itereſſe lucri ceſ ſantis.Et qꝛ quotidie fiūt vēditiones cuꝫ pacto de retrouēdēdo q ɔ̄ctus vt plurimū ſunt vſurarij,an ꝛ qñ ſint tales ɔ̄ctꝰ liciti vel illiciti,ꝛ de ɔditionibus in eis reqſitis,vide pañ.in.c.illo vos.ō pigno.ꝛ in.c.ad noſtrā.de empt.ꝛ vēdi.q̄liter teſtamētū vſurarij manifeſti dicaṫ nullū.ꝛ q̄liter debeat carere eccl̄iaſtica ſepultura vide.tex.in.c.quāqꝫ de vſuris.in.vj.ꝛ ibi Joā. and.do.ꝛ Phi. frāc.ꝛ habes ibidē gl.ſing.in verbo,alioquin.in eo ꝙ tractat an ꝛ qñ vſurarius pſumaṫ acqſiuiſſe ex vſuris vel nō. ꝛ illā gl. ſing. dicit in eo.c. Phi.frāc.in col.xi.ꝑ eo aūt qꝛ multa capitula ſo lēt dare cētū ꝑ decē ſingulis annis, ꝛ qꝛ ſup tali mō faciēdi ſunt

4 multe capellanie in partibus meis fundate,†vbi multi ordinant vnā miſſam dici ſingulis ebdomadis, ꝛ ꝑ hoc dant cētū aureos ꝑ inſtitutione ac fundatione illius miſſe,q̄ pecunie deponunṫ pe nes aliquē ꝛ ei danṫ,vt ex illis faciat ſingulis annis de annua pē ſione decē ꝑ quolibet cētenario,q ɔ̄ctus viſus eſt mihi illicitus, nō dico qḋ eſſet illicitus vbi ille q capit pecunias hēret bona ſuꝑ qbus ɔſtitueret annuos redditus,dū tñ vēditio taliū reddituū eſſet cū iuſto pretio , iuxta determinationē canoniſtaꝝ in dictis. cc.illo vos.ꝛ ad noſtrā.de pign.ꝛ in.c.in ciuitate.de vſuris , ſed iſte q pfatas pecunias capit ſeſe obligat ad reddendū dictas pe cunias toties quoties fuerit reqſitus, ꝛ ſic eſt verum mutuum,ꝛ ſingulis annis ꝓmittit ſoluere decē ꝑ quolibet cētennario. ideo nunqꝫ fuit mihi viſum tales ɔ̄ctus eſſe licitos.ego decreuerā hic attingere materiā qḋ alijs ꝑpeditus nō valeo, ꝛ qꝛ ēt eēt trāſgre di intētū , nec pōt dici dictus ɔ̄ctus licitus, ꝑ eo qꝛ rōne cultus diuini danṫ tales pecunie q augeṫ pp hmōi ɔ̄ctus nā tales ɔ̄ctꝰ ſunt vſurarij,cū ibi ſit vt rex mutuū vt dixi.ꝛ vſura eſt vtroqꝫ te ſtō ꝓhibita,nec lꝫ deo immolare ex aliena ſubſtātia, vt eſt tex.in lib. Prouerbio.iij.vbi honora dominuꝫ de tua ſubſtātia qꝛ qui offert ſacrificiū de re aliena,ſic ē deo gratus,ſicut ſi in conſpectu patris victimareṫ filius.Eccleſi.xxxiij.ꝛ trāſlatiue i.c.nō ē putā

5 da.j.q.j.ꝛ eodē.c.eccleſi.xxxiiij.†Dona iniquoꝝ nō ꝓbat altiſſi mus,nec ī multudine ſacrificioꝝ eoꝝ ꝓpitiabiṫ peccatis, q̄ xͦba habenṫ trāſlatiue in.c.imolās.xiiij.q.v.ea pp ſcribiṫ Mathei. c.v.ſi offers munus tuū ad altare,ꝛ ibi recordatus fuer.s ꝙ fra ter tuus hꝫ aliqd aduerſum te,relinque ibi munus tuū añ altare, ꝛ vade prius recōciliari fratri tuo,ꝛ tunc veniēs offeres munus tuū quare vr̄ tales ɔ̄ctus eſſe a iure diuino reprobatos,nec excu ſanṫ tales ɔ̄ctus pp diuinū cultū,vt pꝫ ꝑ ſuperius dicta.Jtē alia rōne,nā cū tales ɔ̄ctus ſint vſurarij,vt ſatis notū eſt,ſi fiāt ī forma

6 premiſſa†ꝛ ꝑ cultu diuino nō lꝫ vſuras cōmittere,nec ēt pro captiuoꝝ redemptione,vt eſt tex.in.c.ſup eo.de vſuris.ꝛ tñ pro redemptione captiuorum poteſt cultus diuinus minui cū homi num anime ſint cunctis rebus preferēde.l.ſancimus.C.de ſacr. ſanct.eccle.ꝑ quaꝝ redemptione poſſunt ornamēta ſacra eccle. (quibus fit cultus diuinus)vendi,vt in.d.l.ſancimus.ꝛ.c.auruꝫ hꝫ eccleſia.xij.q.ij.ꝛ gl.in ſumma eadē cauſa ꝛ q̄ſtio.ꝛ ſic cū non liceat qḋ magis licere vr̄.ſ.cōmittere vſuras ꝑ captiuoꝝ redem ptione,nec licebit qḋ minus eſt,ſcꝫ eas cōmitere ꝑ cultu diuino iuribus vulgatiſſimis,quare cogita nec pro nunc plenius mate riam attingo quoniam eſſet a propoſito diſgredi.

SVMMARIVM

1 Eps vnius eccleſie non poteſt eligi in epm alterius eccleſie.
2 Epiſcopus poſtulare poteſt.ſed non eligi
3 Epiſcopus niſi priori renuntiauerit vinculo non poteſt ad aliam eligi eccleſiam.
4 Prelatus epiſcopo inferior poteſt in epiſcopum eligi.
Electus non confirmatus eligi poteſt.
5 Epiſcopus qui epiſcopatui renuntiauit eligi poteſt.

¶ Capitulum.xxxiiij.ſecunde partis.

1 Rigeſimoquarto requiriṫ,†ne eligendus ſit eps,nā ex quo eēt eps, eēt ineligibilis , qꝛ eps eſt ſue eccleſie tanqꝫ ɔiugi alligatus,cū inter ipſuꝫ,ꝛ ſuā eccleſiā ſit vinculū ɔiugale ɔ̄ctū.c.lꝫ.ꝛ.c.inter corporalia. ꝛ trāſlatio epi,vel clerici,iō portat anulū.c.clerici.in ſcōo.ō vi.ꝛ ho.cle. ꝛ ibi Jo.an.ꝛ Pañ.ꝛ ſic cū hēat ɔiugē,nō pōt ī aliā ɔſentire,qꝛ cōmitteret adulteriū.c.ſicut.vij.q.j.vbi ſicut vir nō dꝫ adulterare

2 vxorē ſuā,ita nec eps eccleſiā ſuaꝫ ꝛc. † Et q̄uis eps non poſſit eligi,poterit tñ poſtulari.c.bone.in pmo.ꝛ.c.fi.de po. pla. ꝛ ibi Pañ.ꝛ idē Pañ.in.d.c.clerici officia.ō vi.ꝛ ho.cle.ꝛ Jo.an.i. d.c.bone.ꝛ.c.fi.ꝛ Jnn.i.d.c.fi.de po.pla.ꝛ archieps pōt in archiepm poſtulari tex.in.c.bone in ſcōo.de poſt. prela. Nō diuer ſitatis (quare eps poſſit poſtulari,nō aūt eligi)ē,qꝛ cū eū habeat ɔiugē nō pōt ɔſentire in aliā,qꝛ cōmitteret adulteriū.vt.ſ.dixi,ꝛ eligētes eligēdo ɔſentiūt ī eligēdū,vt in ſponſuꝫ , cū ꝑ electionē, initieṫ mr̄imoniale vinculū iter electū,ꝛ ſuā eccleſiā,qḋ ꝑ ɔfirma tionē ratificaṫ,ꝛ ꝑ ɔſecrationē ɔſummaṫ.c.fi.de trāſla. epi , vel

3 elec.†Jdeo opꝫ ꝙ eps pus abſoluaṫ a priore vinculo, añqꝫ aliō mr̄imoniū initiet cū alia eccleſia, q̄re eligi nō pōt eps, ſecus aūt eſt de poſtulatione,qꝛ poſtulātes nō ɔſentiūt , in poſtulatū , vt in ſponſuꝫ,ſed petūt gratioſe,vt tollaṫ vinculū ſeu dfectus ipediēs ipſaꝫ electionē ꝑ eū qui hoc facere pōt.Hāc diuerſitatis rōnē po nit Pañ.i.c.fi.col.ij.de po.pla.ꝛ lꝫ eps nō poſſit eligi,ſed poſtu lari,tñ oēs plati epo iferiores pñt in epū eligi.Probat hoc tex. in.c.cū inter canonicos.de elec.vbi ꝑpoſitus fuit electus in epꝫ, ꝛ ita tꝫ Pañ.i.c.fi.col.iij.de po.pla.Pro quo eſt ēt tex.formoſis.i.c.ſi abbatē.de elec.in.vj.ꝛ ibi p Joā. an. ꝛ Pet.de anch. Do.ꝛ Phil.frā.ꝛ dt Pañ.in.c.eccleſia.in ſecūdo.col.fi.de ele.

4 †ꝙ qlibet prelatus inferior epo pōt in epm eligi ex quo nō patiṫ aliū defectū Hoc ēt tꝫ Pañ.in.c.clerici officia.col.iij.de vi.ꝛ ho ne.cle.qꝛ iter iferiores prelatos,ꝛ ſuas eccleſias non ɔ̄hiṫ ꝓprie verū matrimoniū quēadmodū ɔ̄hiṫ inter epm, ꝛ ſuaꝫ eccleſiam, vt dt ibidem Pañ.¶ Quid aūt ſit dicendū de electo in epiſcopuꝫ,q nō eſt ɔſecratus,an poſſit eligi, Ad hoc eſt dicendū , qḋ ſi eſt talis electus ſi ɔfirmatus eligi nō poterit,qꝛ iam eſt eccleſie alligatus,qꝛ iaꝫ matrimoniū inter ſic electuꝫ,ꝛ ſuā eccleſiaꝫ eſt ma trimoniū iam ratū,vt.ſ.dixi , ꝛ eſt verū ɔiugiū inter eos , ita eſt tex.in.c.inter corporalia.ō trāſla.epiſ.vel elec.q̄re ſine lnia Pa pe nō pōt ſuaꝫ eccleſiaꝫ derelinquere.d.c.inter corporalia quare eligi nō pōt vbi aūt non eſſet ɔfirmatus, ſed preciſe electus, tūc poſſet eligi cū poſſit priori electioni renunciare.c.ſi electio.de ele

5 ctio.in.vj.ꝛ ita tꝫ Pañ.in.d.c.fi.de poſtu.prela.col.ij.¶†Et ad de ꝙ epiſcopus qui epiſcopatui renunciauit (duntamen dictam renunciationem ob aliquod crimen non fecerit) poterit de nouo eligi tex.eſt in.c.poſt trāſlationē.de renun. ꝛ ita tꝫ Pañ.in.d.c. fi.de poſtu.prela.col.ij.qꝛ cum talis nō ſit alligatus priori eccleſie matrimonialiter imo habeaṫ ꝑ mortuo , quo ad eccleſiā porē xvj.q.j.§.ecce.ergo eligi poterit.Super hoc reperiuntur opinio nes quas vide per dominum Anto.Hoſtiē.ꝛ Joan.and.in.d.c. poſt trāſlationem.de renunciatio.

SVMMARIVM

1 Cardinalis ad epiſcopatum eligi non poteſt.
Cardinalis qui pape immediate ſubeſt alas habet ligatas.
2 Cardinalis in officio maior eſt epiſcopo.
Cardinalis in officio maior eſt epiſcopo.
3 Cardinalis non epiſcopus eligi poteſt,ſi auteꝫ ſit eps,nō poteſt.
4 Cardinalis non epiſcopus proprie nō eſt eccleſie ſponſus.
Abbas in epiſcopum promoueri poteſt.
5 Cardinalatus non eſt maior epiſcopatu in ordine.
6 Cardinales in ſuis titulis iuriſdictionem habent epiſcopalem.
Cardinali indigenti prouidere debet pontifex Romanus.
7 Cardinalatus qualiter de iure diuino eſſe dicatur.
8 Cardinalium officium eſt totum gubernare mundum.
Cardinales quales eſſe debeant.
9 Cardinales peccantes ceteris grauius puniuntur.
Papa de iure ardua ſolus poteſt explicare.
10 Electio vt rite celebretur tria,ꝛ ſexaginta requiruntur.

¶ Capitulum.xxxv.ſecunde partis.

1 Rigeſimoquinto requiriṫ,†ꝙ eligēdus ſi ſit cardinalis,nam cardinalis ad epiſcopatū nō poteſt eligi,ſup quo vide tex.ꝛ ibi Jo.an.i.c.bone.in pmo de poſtu.

postula.pla.col.ij.panor.ibidē.col.ij.et eūdem panor.in.c.fi.de postu.pla.col.iij.Jo.and.τ panor.hanc materiā plene examināt in.c.eccle.in.ij.de elec.Unde scias ꝙ Host.i.d.c.ecclesia. tenuit cardinalē in episcopū nō posse eligi,sʒ deberē postulari,pro eo qꝛ cardinalis immediate subest pp̄,τ hʒ alas ligatas magis ꝙ̄ episcopus,cū nō ꝯsueuerint cardinales exire curiā sine licētia pape, sʒ eps nō pōt eligi,sʒ postulari.c.fi.de postula.prela.ergo nec cardinalis.† Preterea cardinalis est maior epō in officio. facit qd̄ notant Joan.an.τ panor.in.c.ex gestis.de cleri.nō resid.de hoc Barb.in.j.qō.de pſtan.cardi.sʒ qs dʒ eligi ad maius officiū nō aūt ad minus,vt est tex.in.c.legimus.xciij.disti.ergo cardinalis nō poterit in epm eligi.pro opinio.Hosti.vř casus in.c.bone.in primo.de postu.prela.vbi dř quidā vestrū sancte Praxedis presbyterꝝ cardinalē,qdā vero Immolēsem epm postulauerūt. Abbas aūt antiquus distinxit,† qꝛ aut cardinalis est eps,τ tunc nō pōt eligi p rōnes positas in p̄cedenti requisito.aut cardinalis est cardinalis p̄sbyter aut diaconus,τ tunc eligi poterit.pro quo est tex.τ casus expressus in.c.eccle.in scđo.de elec.vbi in litera quatuordecim magistrū.G.p̄sbyterꝝ cardinalē cōcanonicū vestrum elegerunt,τ cū dicta opinione vř transire ibidē Jo.an. Prefatā distinctionē sequit̄ panor.in.d.c.eccle.in fin.col.qꝛ rō quā habes supra in p̄cedenti reqsito,quare eps nō possit eligi,cessat in cardinali p̄sbytero vel diacono,† qꝛ cū ipsi nō habeant epatū, non sunt proprie spōsi ecclesia.merito pōt in eis ꝯsentiri matrimonialiter. Nec obstat fm panor.qꝛ habent alas ligatas,nā illa rō nō ꝯcludit.Uidemus eteni abbatē esse ligatū suo monasterio, qd̄ nō pōt deserere sine licētia superioris,vt in.c.cū venerabilis. de ꝯsuetu.τ nihilominus pōt eligi in epm.c.si abbatē.de elec.in.vj. dixi.s.in p̄cedenti reqsito.nec ēt obstat.c.filiū.j.qō.j.qd̄ allegat Host.qꝛ illud.c.nō probat id ad qd̄ inducit̄ p Hosti.sʒ pbat precise qd̄ ordinatus p papā in eccle.Romana nō pōt inde recedere sine licētia pape,nō tñ phibet electionē.nec ēt obstat.c.bone. de postu.prela.qꝛ fm Joā.and.ibidē verbū postulauerunt ponit̄ īpropriē quo ad cardinalē.Itē tex.in.d.c.bone.nō negat qn cardinalis potuerit eligi,ita dicit panor.in finalibus verbis.d.c.ecclesia.i scđo.Et ad rōnē Host.cū dicit ꝙ quis debet eligi ad maius officiū,nō aūt ad minus,dicas † ꝙ cardinalatus nō est maior episcopatu in ordine,cū nō sit maior ordo in eccle.ordine epali.ideo papa se epm dicit τ appellat.tex.in phemio decretaliū, sexti,τ clementinaꝝ.vbi papa se epm noiat.p quo vide qd̄ notatur in phemio sexti,τ hoc casu est intelligēda gl.in verbo, augustinus.c.ꝙ̄ꝙ̄.ij.q.vij.q̄ dicit ꝙ qlibet eps est maior presbytero cardinali,quā glo.singularē reputat panor.in.d.c.eccle.col.fin. Est tñ maior cardinalis epō nō cardinali in officio.qꝛ cardinales faciunt vnū corpus cū papa,τ iudicant totū orbē.c.p venerabilē.q filij sunt legitimi,τ offendens eoꝝ p̄sonas incidit in crimē lese maiestatis.c.felicis.de penis.ledit̄.n.maiestas pape leso eiꝰ collaterali.ita tʒ Pet.de ancha.in.d.c.felicis.colū.j.τ Philip. fran.τ cōmuniter alij doc.canoniste in.d.c felicis.pmissaꝫ distinctionē post Jo.an.Abbatē antiquū τ Anto.de but.τ panor.sequit̄ Marti.laudensis in tractatu cardinaliū.col.v.ver.an dñs cardinalis possit eligi.lʒ Joan.de imo.τ Jo.de lig.τ Host.tenent ꝯriū.¶ † Et nota ꝙ dñi cardinales in eoꝝ titulis habent iurisdictionē epalē.de hoc tex.in.c.bis q̄ de maio.τ obed.τ ita ibi notant Joan.and.τ panor.τ Barba.in.j.q.de p̄stantia cardinaliū.col.xiij.vnde in ecclesijs suo titulo subiectis habēt correctionē τ potestatē fulminādi censuras,τ cetera que sunt episcopalis iurisdictionis,τ tex.illius.c.bis q.nō habeť alibi fm panor.ibidē,τ qd̄ habeant dñi cardinales in eoꝝ titulis iurisdictionē episcopalē,ita dicit Joā.monachi in.c.vnico.lib.vj.de maio.τ obe. ibi papā respondisse,τ ita tenēt ibidē Arc.Do.τ Phili.fran. pro quo vide Jo.and.in.c.dilectus.de capel.mona.τ panor. ibidē.¶ Et aiaduerte,qd̄ si cardinalis indigeat,dʒ Romanus pontifex eidē prouidere τ subuenire fm dignitatē τ qualitatē cardinalis,qꝛ dñs nr̄ papa debet diligere cardinales sicut seipsuꝫ,τ in oibus eoꝝ necessitatibus arbitrio boni viri puidere fm doc.maxime Host.in.c.antiqua.de priui.τ ita tʒ.Marti.laudēsis in tractatu de cardinalibus.col.ij.ver.Querit̄ si dñs cardinalis indigeat.¶ † Est aūt cardinalatus de iure diuino,vt est tex.in.c.ij.j. Regū.cū dř.dñi.n.sunt cardines terre,τ posuit super eos orbeʒ ita dicit Host.in.c.ex gestis.de cleri.nō resi.τ Jo.an.ibidē.Et dicit panor.in.d.c.ex gestis.ꝙ nō credit esse meliorē tex.alibi ꝙ̄ i. c.p venerabilē.q filij sint legitimi.ad pbādū ꝙ cardinalatus saltē figuratiue sit de iure diuino,τ intelligas pro illo textu quē allegat illa decretalis,que habetur Deutero.c.xvij.s.si difficile τ ambiguū apud te iudiciū τc.τ dicūtur sacerdotes Leuitici generis ipsi cardinales.tex.in.d.c.per venerabilem.de hoc Barba.in.j. q.de pſtan.cardinaliū.¶ † Officiū reuerēdissimoꝝ cardinaliū m est gubernare totū mundum,τ ad ipsos spectat sustentare totuꝫ pondus mobilis mūdi,fm Martinū laudē.in tractatu de cardinalibus,col.ij.post Jo.de ligna.in tractatu de bello.Et dʒ cetus cardinaliū reipublice,maxime ecclesiastice ꝯsulere,ac vt senatus assistit principi,sic τ ipsi domino nostro pape assistere debēt.c.j.τ ij.de offi.lega.lib.vj.specu.tit.de legato.§.sequitur.col.j. Debēt aūt reuerēdissimi Cardinales eē primo,vt nubes pp deuotioneꝫ de qbus Esaias.c.xiij.q sunt isti,q vt nubes volāt. Scđo debēt esse vt colūbe pp simplicitatē τ puritatē,ꝙ̄ habere debēt. Tertio debent esse cādidiores niue,quo ad mores τ vite mūditiam. Quarto debēt esse rubicūdiores ebore antiquo pp charitateꝫ τ dñi nr̄i Jesu Christi passionis memoriam, ita dicit dñs Martinus laudēsis in dicto tractatu col.iij,τ Host.in summa tit.de peni.τ remis.§.cui ꝯfitēdū sit.v.cui Cardinales,† τ dicti reuerēdissimi Cardi.quāto Romano pōtifici sunt pximiores,tāto acriꝰ debēt puniri,si peccāt,exēplo Ade.de quo dicit Augu. qd̄ quāto erat deo pximior,tāto magis peccauit.de peni.dist.v.in.c.cōsideret,τ exēplo Luciferi.de peni.dist.ij.c.principiū ita tʒ Host. in.d.ver.cui Cardinales.de hoc plene Barb.in.d.tractatu in. q.x.¶ An papa solus possit legē ꝯdere,τ ardua explicare solꝰ vide do.Fely.in rubri.de ꝯsti.col.j.τ.ij.τ.iij.vbi multos adducit doctores pro,τ ꝯ̄,τ demū ꝯcludit qd̄ papa possit de iure ardua explicare sine ꝯsilio Cardinaliuꝫ,τ iura que pn̄t adduci p parte ꝯtraria debēt intelligi de honestate.de hoc plene Barb.in.ij. q.in tractatu de prestātia Cardinalium.¶ De multis qōnibus circa reuerēdissimos Cardinales videas doctores vbi.s.τ cardinalē floren.in cle.ne Romani.de elec.τ And.Barb.in.d.tractatu de prestantia Cardina. vbi elegantissime ac copiosissime tractat de ipsis reuerendissimis Cardinalibus per.xvij.qōnes.

¶ † Ex premissis habes sexaginta τ tria reqsita quo ad eligētes aut aligēdos, ex quibus poteris alia colligere.τ p hec valebis multas impugnare electiones,si videas eligētes,aut electos nō qualificatos prout.s.premissum est, τ sunt alique qualitates sic requisite vt earuꝫ defectus reddat electiones quādoqꝫ nullas p quo notabis sequentes versus.

Mixti,natales,vitiū,laicus,abusus,tēporis lapsus,iterdictūqꝫ ligate ale,viuētis locus,apellatio,pape iussus,forma viri,reprobatio,neophitus,defectus verbi,populi voces,anathema.
Simō,discordās si sit,suspēsio,scisma,ius electoꝝ nulluꝫ dat quolibet hoꝝ.Quoꝝ versum declaratio sequitur.

Mixti.s.qñ fit per clericos τ laicos.c.messana.de electio.
Natales,qꝛ est defectus in natalibus.c.innotuit.de elec.
Uitium,vt peccatum mortale,vel aliquis alius defectus.de quibus supra late est dictum.
Laicus.c.quisquis.de electio.
Temporis lapsus.de quo in.c.ne pro defectu.
Interdictum.si de interdi.aut ab interdictis cap.cum inter.R. seniorem.
Ligate ale.qꝛ episcopus.c.fi.de postula.prelato.
Uiuentis locus.qꝛ ecclesia non vacat.c.j.τ.c.cum nostris.de cōcess.preben.vel eccle.non vacan.
Appellatio iusta.c.considerauimus,τ.c.auditis.de elec.
Pape iussus.c.cum in veteri.de electio.
Forma viri,qꝛ data erat forma.c.cū dilecti.de electio.vel si ꝯsuetudo,vel puilegiū dat formā,puta vt electio fiat de certo collegio.c.cū dilectus.de cōsue.τ.c.abbate.de verbo.signi.
Reprobatio,quia alias fuit reprobatus propter delictū.c.gratum de postulatio.prelatorum.τ.c.super eo.de elec.
Neophitus.c.ad nostram,τ.cap.cum in magistrum.de electio.
Defectus verbi. quia electio non fuit verbalis.c.ecclesie in primo.de electio.
Populi voces.c.osius.de electio.
Anathema.si excommunicato vel ab excommunicatis.c.bone. de eta.τ quali.τ.c.illa.de electio.
Simon.si simoniace.c.si alicuius.de electio.
Discordans.si sit.c.j.τ.ij.de postula.prela.
Suspensio.quia a suspensis vel de suspensis.c.cum dilectus.de consuetudine.
Scisma.c.quia diligentia nullum dat ius electo.i.electio est nulla.hos versus ponit Hostien.in summa tit.de electio.§.τ qualiter colum.ij.¶ Ex sequentibus etiam poteris electiones impugnare,si non fuerint seruata,que inferius describuntur, ad que bene aduertas.naꝫ plene omnia discutientur,que electionis formam concernunt.

SVMMARIVM

1 Beneficium ecclesiasticum multis modis vacare dicitur.
2 Dignitas electiua in partibus vacare nõ cẽsetur, cui in curia Romana in fauorem certe persone est renuntiatum.
3 Papa de dignitatibus electiuis quandoq; prouidere potest.
4 Renuntiatio facta in fauorem certe persone est simoniaca.
5 Impetrans beneficium ecclesiasticum non necessario mentionez facere tenetur de vacationis modo.

Tertia Pars.

Capitulum primum tertie partis.

DVabus Partibus vtut expeditis, ad tertiã deueniendũ est, in qua pollicitus sũ me appositurũ formã in electionib⁹ obseruandã, aliquã vero ad reqsita ad dictã formã pueniã more cytharedoꝝ (qui solent pludia preponer̃ priusq̃ ad veꝝ puenerint ɔcẽtũ) aliqua pmittã. † Et primo qd vacãte dignitate electiua, siue vacet p mortẽ plati, siue p renũtiationẽ, aut p priuationẽ, aut p trãslationẽ, his.n.modis dr̃ bñficiũ vacare, vt notat̃ in.c. suscep tũ.de rescri.in.vj.z.c.ɔ̃tuis.in.ij.de pbẽ.eodẽ lib.z.c.ex trãsmissa.de renun.z.c.ad petitionẽ, de accusa.z ibi panor.z Feli.z.c.si qs iã translatus.xxj.q.ij.z.c.quanto psonã.de translatio.epi, cuz similibus.illi ad quos de iure cõmuni priuilegio, aut ɔsuetudie ptinet electio, possunt ad electionẽ pcedere, z p electionẽ seu postulationẽ de dignitate electiua puidere, p hoc bonus tex.in.c. post trãslationẽ.de renuntiatione.vbi in materia optimus casus, nam (vt ibidẽ hr̃) vacãte eccle.cathedrali Fauentina Romanus põtifex remisit electionẽ preposito ac canonicis eiusdẽ eccle. Fauentine. p hoc ẽt bo.tex.in.c.post petitã.de elec.z in cap.bone in primo de postula.prela.vbi dicit Romanus põtifex, mãdamus quatenus cũ his q vocẽ in electiõe habere noscunt̃ p electionẽ postulationẽ seu noiationẽ canonicã in psonã idoneã cõuenire curetis, z tex.in pragmatica, titu.de elec.in.§.ad regimẽ, faciunt iura q̃ superius adduxi in prima parte paulo añ primũ reqsitũ quo ad eligentes.an aũt hoc habeat veꝝ in oi vacatione, vide gl.hoc bene declarantẽ in pragmatica.in glo.posita.in verbo clausis.in.d.§. ad regimẽ. † Ad vnũ tñ aduertas, qd si fiat renũtiatio in Romana curia de dignitate electiua in fauorẽ certe psone, dicta dignitas electiua nõ cẽset̃ vacare in partibus, nec est eo casu locus electiõi, sʒ apostolice puisiõi, z sic vidi seruari in parlamẽto Parisiaco. Et rõ eẽ põt, qr p talẽ renũtiationẽ factã in fauorẽ certe psone vr̃ qs sibi eligere successorẽ, quã facultatẽ põt Romanus põtifex solus ɔcedere. vt.in.c.petisti.vij.q.j.nec hoc vr̃ ɔ̃ pragmaticã, nã p pragmaticã† Romanus põtifex nõ phibet̃ prouidere de dignitatibus electiuis in casibus a iure sibi pmissis.vt est text.in d.pragmatica.i.d.§.ad regimẽ. cuiusmodi est iste.d.c.petisti. q̃re Romanus põtifex eo casu poterit puidere de dignitate electiua illo mõ renũtiata.iste passus est disputabilis, z pro vtraq; parte multa adduci possent, q̃ omitto pp dicte curie obseruãtiã, que pfecto istud nõ obseruaret, nisi iustũ ac canonicũ foret, cuz sit viris vndiq; z moribus, z literarũ notitia ɔsummatissimis composita.

† Et nota qd renũtiatio facta in fauorẽ certe psone est simoniaca. pquo vide Panor.z Inno.in.c.cũ vniuersoꝝ, de reꝝ pmut.z eũdẽ Panor.in.c.dilecto.de prebẽ. q̃ inferior Romano põtifice nõ põt admittere, z bñficiũ sic renũtiatũ põt ipetrari tanq̃ vacans, p quo vide Panor.in.c.ex parte.j.de offi.delega.z in dictis.c.dilecto.z cũ vniuersoꝝ. Et adde quod vacãte sede apostolica p priuationẽ, vt puta qr Roma.põtifex p cõciliũ priuatur aut p renũtiationẽ p eũ factã, ad Cardinales ptinet electio, z nõ ad cõciliũ. Ita sub verbo forte tʒ Feli.in.c.ad petitionẽ.de accusa.in col.ij.pro quo vide panor.in sua prima disputa.in finali col. bona glo.in verb.moriente.cle.ne Romani.de electio. vbi dicit moriẽte vel cedẽte.z ibi vide p Car.florẽ.§.sane.versic.q̃ro. † an aũt de modo vacationis sit faciẽda mẽtio in ipetratione bñficioꝝ ecclesiasticoꝝ, dõm qd nõ, ſm Domi.post Lap.z Arch.in.d. c.susceptũ.quos sequit̃ Philip.Fran.in.d.c.susceptũ.col.iij.pro quo gl.in cle.j.in x̃bo quãuis.de pben.glo.in.c.cupientes.in verbo vacationibus.in.vj.z ita tʒ Feli.quẽ vide in.c.in nostra. correlario trigesimoseptimo.de rescri.vbi in mr̃ia adducit multa iura.

SVMMARIVM

1 Eligentes ad electionem procedere possunt prelati corpore nondum tradito sepulture.
2 Prelatũ sepeliri honestũ ẽ pus q̃ ad electio. pcedat̃ successoris.
3 Electionem celebrare statiz ante prelati sepulturam quandoq; ecclesie est conducibile.
4 Tẽpus ad eligẽdũ platũ stati currit a die mortis predecessoris.

Capitulum.ij.tertie partis.

SEcundo Premittendum est, † qd eligẽtes possunt ad electionẽ pcedere corpore plati nõdũ tradito ecclesiastice sepulture, vt est glo.singu.in.c.bone.in scdo.in verbo tractatũ.de electio.quã glo.singulariter notandã dicit Panor.i.d.c. bone.col. iiij.quã glo.sequit̃ Inn.Cõpostel.Ioan.and.z Panor.lʒ Host. z Vin.z qdã alij tenuerint ɔ̃riũ, p opinione Io.and.Inno. Cõpost.z panor.est bonus tex.in.c.ij.viij.q.hanc opi.tenent Arch. do.z Phili.Fran.in.c.si electio.de elec.in.vj.z ibi bo.tex.Bal. dicit in.l.genero.ff.de his q no.infa.qd arg.illius.l.eadẽ die qua sepultus est prelatus, põt fieri electio noui plati.primã opi.tenent Arch.z do.de san.gem.in.c.nullus.in secũdo.lxxix.dist. Et quãuis reperiant̃ tex.p ɔ̃ria opinio.vt in.d.c.bone.z in.c.nullus i secundo.lxxix.dist.cũ similibus.illi tñ tex.debent intelligi qd nõ est pcedẽdũ ad electionẽ corpore plati nõdũ sepulto, ac humato de honestate, † nã honestũ est, vt pus platus sepeliat̃, q̃ futurus pastor eligat̃, si tñ fiat electio priusq̃ corpus plati sepulchro claudatur, nõ ob hoc poterit cassari electio, simile põt adduci p pria opinione de vxore carnali, que statim mortuo marito est soluta a lege mariti.z sic potest nubere cui voluerit iuxta Pauli sententiaz primo ad Cori.vij.vbi mulier alligata est legi quãto tẽpore vir eius viuit.qd si dormierit vir eius, liberata est a lege, cui autẽ velit nubat in domino, que translatiue ponunt̃ in.c.viti.z penu.de secun. nup.z ibi per panor.z Inno.quas penas mulier infra annum luctus nubens incurrat.z per Bar.in.l.j.C.de secund.nup.z p eundẽ.in.l.liberorum.ff.de his qui not.infa. † Et est quãdoq; ɔducibile ecclesijs, vt stati mortuo prelato procedat̃ ad electionẽ, maxime si timent impressionẽ.aut aliud impedimẽtũ, vtputa literas principuz, aut vocationem ad principes, qui quandoq; dant literas ad electores, aut eos ad se vocant, vt melius dicti pricipes electores pro eligẽdo ad eoꝝ votum inducant, vnde timore, aut verbis aliqñ suasionibus. ac promissionibus principuz persuadetur eligentib⁹ ad minus dignos eligẽdos, quos forte nõ elegissent, si statim mortuo prelato ad electionẽ processissent, z priusq̃ dictas literas, aut iussuz habuissent. † Et nota qd electoribus scientibus mortẽ prelati aut vacationez prelature, statim ab hora mortis currit tps ad eligẽdũ.lxiij.di.c.obeũtibus, z.l.di. postq̃.ergo poterunt statim ad electionem procedere etiam insepulto corpore prelati. Ioan.and.in finalibus verbis dicti.c.bone in secũdo.

SVMMARIVM.

1 Electiones viuente prelato cõsultorie de pastore futuro possunt tractare, sed non difinitorie aut deliberatorie.
Tractatus ambitiosus, conuentionalis, pactionalis, cõditionalis, aut aliter inhonestus est illicitus.
2 Tractatus consultorius de prelato futuro, ante pastoris mortem non est in iure prohibitus.

Capitulum.iij. tertie partis.

DEinde Premitte, qd ante † mortẽ prelati non est licitũ electoribus tractare de substituendo prelato, quando talis tractatus esset deliberatorius seu diffinitorius, est.n. talis tractatus illicitus ante mortẽ prelati, nõ solum quando concluderent electores de certa persona eligenda, sʒ etiã qñ ordinarent̃ aliqua spectãtia ad electionẽ futurã, vtputa si eligeret̃ locus electiõis faciẽde, vl̃ si citarent̃ absentes, h.n. ordiatio z silis est i iure, phibita.c.bone.i.ij.de elec.lxxix.dist.c.si qs pp̃. Et idẽ est dõm de oi tractatu ambitioso ɔuẽtionali, pactiõali, vel cõditionali, vel alr̃ inhonesto, cuiusmodi hodie fiũt multi.ita tenent Inn.Hosti.z panor.in.d.c.bone.col.iij.z Ioã.and.ẽt ibidẽ. col. iij. Et quãuis electio fcã post hmõi tractatũ nõ sit nulla, cũ iure cautũ nõ reperiat̃, est tñ annullãda, qr facta ɔ̃ iuris dispositionez. vt in.d.c.bone.z.d.c.si qs papa.lxxix.dist.nec eligẽtes sunt priuati pp hoc potestate eligẽdi, cũ iure nõ caueat̃, sʒ sunt puniẽdi, qr fecerũt rẽ illicitã, qnimo si recedat̃ a priori tractatu, z eligat̃ alia psona, tʒ electio, lʒ aliq diffinitiue p scripturã z pmissiones penarũ simul se obligauerit ad aliquẽ eligẽdũ, dum tñ postea se absoluant. ita tʒ Ioã.and.i.d.c.col.iij.post Inn.z Cõpostel. † Tractatus autez consultorius nõ est iure prohibitus, etiam si aliquis dicat talis persona esset honesta z vtilis ad nostram prelaturã, z alijs persuaderet ad illaz eligendam, non tamen debent eligẽtes hoc omnino deliberare, z secũdũ hoc potest intelligi.c.si trãsitus. lxxix.

lxxix.dist. vbi habetur qualiter viuente papa potest haberi tractatus de Romano pontifice substituendo. bo. tex. in. c. in noie domini. xxiij. dist. & sic tenent Inn. Compostel. Jo. an. & panor. in. d. c. bone il secundo, de electione.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Capitulum congregare quis debeat pro futura electione.
2 Capituli conuocandi potestatem hńs ipsum in certo termino cõueniendum monere debet.
3 Jus vniuersitatis aut capituli in vno residere potest, & quando.
4 Capituli congregandi ius habens, terminum a iure concessuz restringere non potest.
5 Capitulum congregare debet pro futura electione, qui antiquior est receptione, non qui etate.
Bona diuidere debet, qui longiori tempore administrauit.
6 Vocatio capituli ad electionem faciendaz qualiter fieri debeat.
7 Populus quibus modis congregandus.
Electores repti psonal'r sunt ad electioné faciendá citandi.

¶ Capitulum. iiij. tertie partis.

Preterea est Premittendum qd vacante dignitate electiua capitulum est cõgregádũ ad prouidédũ de futuro pastore. ¶ † Quis aũt habeat ɔgregare capi. ad hoc dicédũ est qđ si sit aliquis i eccle. ad qué de iure aut de ɔsuetudie pertineat huiusmodi ɔgregatio seu vocatio, ille habet ɔgregare seu ɔuocare. si aũt nõ sit aliqs in eccle. ad qué ptineat de iure seu de ɔsuetudine cõuocatio seu ɔgregatio capi. ɔgregabit antiquior. Inno. in. c. j. de maio. & obe. & Jo. an. ibidé panor. & Fely. in. d. c. j. de maio. & obe. Bar. in. l. obseruare. de decurio. lib. x. petrus de ancha. in repeti. c. canonũ statuta. de ɔsti. col. octuagesimatertia. in versi. x. principal'r quero. † Et ille q hz potestaté capi. cõgregádi poterit monere oés de collegio, vt in vnũ ɔgregentur ad collegiũ in certo termino, & quáuis nõ possit punire nõ venientes, nisi hoc haberet ɔsuetudo, poterit tñ eos ɔstituere ɔtumaces ad hoc vt potestas capitularis resideat penes venientes. Inn. Joá. and. panor. & Feli. in. d. c. j. de maiori. & obedi. p hoc facit tex. in. c. cũ nobis. de electio. & ibi panor. vbi hr̃ qualiter vocati nolentes venire faciunt se alienos. Inn. in. c. eccle. in. ij. de elec. facit glo. i clem. quod circa in glo. posita in verbo q in facto. de elec. q dicit absurdũ esse qđ vocati q venire noluerunt, aut q expresse renuntiauerũt, & ét nõ vocandi cõputent' in electione. & sic illi tres cõparantur. † Et est dicendũ, ꝙ sicut ius vniuersitatis põt residere in vno l. sicut. ff. qđ cuiuscꝫ vniuersitatis noie. c. gratũ & ibi glo. de postu. prela. alijs priuatis aut inhabilibus factis. vt. s. dixi. in pma pte. §. & sic est, vbi tractaui ad quos electio ptineat in ecclesijs cathedralibus & collegiatis. ita dicendũ est in alijs nolétibus venire cõtumaciter graue atqꝫ absurdũ foret negotia vniuersitatis particulariũ ɔtumacia ipediri, sic tꝫ panor. in. c. in causis. col. iiij. de elect. & sic venientes poterunt ad negotia collegij ꝓcedere. † Iste vo q habet facultaté ɔgregandi capi. nõ poterit restringere terminuz iuris datũ ad eligendũ. vt tꝫ Inno. in. c. eccle. in scdo de electio. & ita tꝫ do. Anto. & panor. post eũ in. c. cũ nobis. col. iiij. Et põt rõ assignari, q2 ille terminus est appositus in fauoré collegij, ergo ille solus nõ poterit renũtiare illi fauori, lꝫ capi. hoc possit. vt in. l. si qs in ɔscribendo. C. de episco. & cle. & c. ad apostolicá. de regula. facit regula indultũ. de regu. iur. in sexto. hec vꝫ potestas sibi data ad ɔgregandũ capi. extendi ad casuz diuersuz. s. ad potestatez restringendi terminũ iuxta notata in. c. si. de offi. Archi. p Inno. facit. c. cũ cõtingat. de deci. ¶ † Et nota qđ cũ dr̃, qđ antiqor de collegio hꝫ ɔgregare capi. nõ est intelligédũ de antiquiore etate, sꝫ de antiqore in receptiõe, ita qđ q pmo fuit i collegio receptus, debeat collegiũ cõgregare, ꝓ hoc glo. notabilis in verbo antiqores. c. si. de ɔsuetu. lib. vj. quá glo. not. dicit ibidé domi. facit pro hoc. l. j. ff. de albo scriben. bene facit ét qđ notat panor. in ca. j. de parochijs, vt ille diuidat bona q lõgiori tpe habuit administratione. Pro quo ét facit qđ tꝫ Bar. in. l. cũ pr̃. §. pr̃ pluribus, de leg. ij. p hoc ét vide Lucá de penna. in. l. is cuius. de his q se deferũt lib. x. col. ij. vbi materiá tractat qs bona diuidat adducés auc. iuris diuini. in. iij. col. ¶ † Qualiter aũt fiat ista vocatio, an p cápaná, aut p literas, & p nũtios. Et est dicédũ, qđ si oés canonici aut alij eligentes sunt psentes, si est de more sufficit sola vocatio p cápaná, dũmodo sit talis cápana, q possit audiri, & ei⁹ sonus possit puenire ad intelligẽtiá existentiũ in loco, ita tꝫ panor. in. c. in causis. col. iij. & in. c. corá. col. j. Joan. and. in. d. c. corá in glo. j. & in. d. c. in causis. in. col. iij. de electio. glo. in. l. obseruare. in verb. soléniter. C. de decurio. lib. x. Bar. i. l. oés populi. de iustitia & iure. col. vj. † vbi dicit populũ debere ɔgregari sono tube, vel pulsata campana, aut voce pconia. si aũt nõ essent eligentes psentes sꝫ absentes, tunc essent vocandi p nuntiũ aut p literas. c. cũ inter vniuersas. & c. ꝙ sicut. de electio. Joá. and. in. c. in causis. col. iij. de elec. bene facit lex curiales. C. de pred. decurio. lib. x. Et eo casu si repериant' psonaliter dicti eligentes psonal'r erunt citádi, aut p edicta apposita in valuis eccle. aut in eoꝝ domicilijs, iuxta. c. cám. que. & glo. ibidé in verbo ad domũ. de dolo & ɔtumacia. Joan. an. post Inn. Hostié. & Cõpostella. tꝫ in. c. q2 pp. col. ix. qđ canonicus debet citari psonaliter si sit infra loca infra que fit vocatio. & scit' ibi esse, si vero nescit', vbi sit, citet' p edictũ publicũ in loco, vbi cõmuniter morat'. c. ex tue. de cleri. nõ residentibus. cũ multis similib⁹ idem specu. titu. de electio. §. primo. col. ij. versi. & nota.

❧ SVMMARIVM. ❧

1 Capitulum in quibus sede vacante censeatur succedere.
2 Vicarij sede vacante creádi, p quos fiant q ad Capitu. spectant.
3 Sidicus sede vacáte creat' vicarijs factis, ad actus. c. excercédos.
Notarij & literaꝝ executores sede vacáte assumédi cũ iuraméto.

¶ Capitulum. v. tertie partis.

Consequenter Premitte, qđ sede † vacante capitulũ succedit in multis, vt in ɔfirmatione electionũ prelatorũ inferioꝝ. ca. cũ olim. de maio. & obe. hoc tñ nõ ita bene pbat' alibi sm panor. ibidé. Ité succedit in potestate excõmunicádi & absoluendi. c. vnico de maioritate & obe. in. vj. glo. in vbo capi. in. c. cũ olim de maio. & obe. & ibi plene p panor. & Feli. circa potestaté capi. sede vacáte ponit domi. xxiiij. dubia. in. d. c. vnico. de maio. & obedi. lib. vj. de materia Fráciscus paui. in tractatu qué fecit de potestate capi. sede vacáte. an aũt capi. eccle. inferioris succedat in iurisdictiõe sede vacáte. vide Feli. in. c. his q. de maio. & obe. vbi inducit septé motiua p ea opinione, q tꝫ ꝙ capi. eccle. inferioris nõ succedat in iurisdictione sede vacáte. † Cũ ergo capi. succedat in multis, q p ipsum possunt explicari, solent sede vacáte creari vicarij, q habent facultaté excercédi, q spectant ad capi. sede vacáte. nõ est tñ necessaria ista vicarioꝝ creatio anteq̃ ꝓcedat ad electioné, est bene vtilis si electio differ't pp multa, maxima pp absolutiones a sententijs excõmunicationis & penitentias iniungédas in casibus plato reseruatis. & pp alia, q celeritaté exigunt, q longe facilius qs ɔseq poterit, cũ facultas capitularis erit penes paucos, q̃ si esset penes totũ capitu. qđ eét difficile ɔgregare, ꝓ quocunqꝫ negotio expediendo. ¶ † Creatione vicarioꝝ facta, creat' similiter sindicus ad petédũ ɔtumaciá & defectũ ꝯ absentes, & ad oés alios actus necessarios ad dictá electioné ꝓsequendá, quousqꝫ negotiũ electionis erit finitũ, & ad petendũ instrumẽtũ seu instruméta fieri de his de qbus opus fuerit. ¶ Assumunt' quoqꝫ notarij, & literaꝝ executores, & ét testes q oés sese astringunt vinculo iurisiurádi, qđ fideliter scribent, relationes ad vitaté facient, & alia q eoꝝ officijs incũbunt fideliter peragent, atqꝫ ea secreta tenebũt, donec fuerit facta publicatio p capi. & de oibus his solét fieri istruméta, vt melius appareat ɔfirmatori de ꝓcessu cano. ipsius electiõis. Isti aũt nuntij facta deliberatione p capi. sup ꝓcessu electiõis, quomodo ad ipsam ꝓcedendũ sit, & quo die ɔcessa ac decreta eis citatione seu monitione siue p eũ ad qué spectat decernere siue p capi. siue p vicarios ꝓcedent ad executioné citando personaliter, aut in ecclesia, aut in domicilijs eligentiũ ipsos electores. vt. s. dixi.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Terminus datus electoribus ad eligendum an possit arctari.
Canonici electuri presentes procedere possunt alijs legitime vocatis non venientibus.
2 Capitulũ ɔuocans ad eligédũ restringere nõ põt iuris terminũ.
Potentie capitulares in duabus consistunt partibus.
3 Vocatio facta p duas ptes vꝫ ad ɔstituédá minoré in ɔtumacia.
Jura q dicunt valida facta a maiori parte cap. qual'r intelligéda.
4 Vocem non habentes, in duabus partibus capituli eligentibus non sunt computandi.
5 Termino iuris instante, potest vnus solus, penes quem ius capituli residet, ad electionem procedere.
Dies pro homine censetur interpellare.

6 Uniuersitaté ecclesiasticam potest antiquior congregare.
Cósuetudo inducere pót vt p capitulum cógregent̃ eligentes.
7 Remanentes in capitulo alijs se absentantibus an possint ad electionem procedere.

¶ Capitulum.vj.tertie partis.

Consequẽter prepone de 1 termino electoribus dato †an talis terminus datus ad eligendũ de quo in.c.ne,p defectu.de electio. possit arctar.⁊ est dõm, q̄ si facta fuerit vocatio capituli per eũ ad qué de iure aut de cósuetudine pertinet cógregare.c. q̄uis omnes non cópareant, dũmodo fuerint legitime vocati presentes, poterunt ꝓcedere ad explicandos actus iminétes, ⁊ sic poterũt abbreuiare terminũ iuris, q̄ ille est appositus in fauoré capituli, cui fauori poterunt presentes renũciare, cũ tota potestas capitularis resideat in p̄ntibus, q̄uis presentes sint minor pars. nam alij q̄ fuerũt legitime vocati, ex quo nó veniunt, faciũt se alienos a capitulo.⁊ sic nó sunt de capitulo. sic t3 Panor. in.c.cũ oés de cóstitu.col.iiij.⁊ in.c.in causis.col.iiij.de elec. Jo.an.in eodé.c.in causis.col.iij.de elec. Inno. Jo.an. Panor.⁊ Fely.in.c.j.de maio.⁊ obe.p quo vide Fely.in.c.cũ oés de cósti.col.xxij.hunc aũt terminũ nó pót restringere seu abbreuiare ille ad qué de iure ptinet ⁊ capituli conuocatio, vt.s̃.dixi in presupposito inci.preterea 2 est. ¶ †Eo tñ casu quo nó seruat̃ q̄ p aliqué cóuocet̃ collegium, tunc sunt tres opi. qualiter collegiũ sit cóuocandũ, maxie restringendo terminũ iuris, quas recitat Panor.in.c.cũ nobis.in glo. posita in verbo reuocare, titulo de elec. sua tñ est opi. q̄ tũc requiratur due ptes capituli ad monédũ alios, q̄ potétie capitulares cósistunt in duabus ptibus, qñ collegiũ est in cógregãdo.l.nulli. ⁊.l.plane.ff.q̄ cuiusq3 vniuersitatis.⁊.l.nominationũ.C.de decurio lib.x.sic t3 ét Bar.in.l.oés populi.ff.de iusti.⁊ iure.col.vj. in ver.vj.q̄ro.hoc ét t3 Inn.in.c.ij.de no.ope.nun. vbi ét dicit, q̄ nó est vis qualiter, ⁊ p quem iste due ptes cógregent̃, dũmodo con3 ueniãt simul in conuocanda minori parte, †⁊ valet ista vocatio facta p duas partes ad cóstituédũ minoré parté in contumacia, ita q̄ tertia pars non poterit se cótéptã allegare, maior tñ pars, nisi sint due partes non sufficeret ad vocãdã minoré parté, ⁊ ad cóstituédũ minoré pté in cótumacia, ⁊ iura que dicũt, q̄ ea que fiunt a maiori parte capituli, illa sunt valida, vt p totũ titulũ de his que fiũt a maio.par.cap. illa iura debét intelligi, q̄ ea q̄ fiũt a maiori pte capituli illa debét valida reputari, qñ collegiũ est iã congregatũ, sed ad cógregationé faciédã qñ congregatio fit per 4 capitulũ ⁊ nó p aliqué particulariter, ad hoc q̄ vocati reputent̃ cótumaces requirit̃ q̄ due ptes cóueniãt †in istis tñ duabus ptibus non sunt cóputãdi, qui nó hñt vocé. Panor.in.c.cũ oés.de cósti.col.pe.nec ét absentes dñt in dictis duabus ptibus cóputari cũ absentes non sint vocãdi nisi in arduis. sic t3 do. Felyn.in.c. cũ oés.col.xxij.de consti. Sed si iste due ptes vellent ex cã restringere terminũ, possunt, sine cã nó. Host.⁊ Pan.in.d.c.cũ nobis. col.v. Causa ãt dicit̃ subesse eoipso q̄ volunt ꝓuidere ecclesie vacanti.⁊ sic iste due partes in quibus totũ collegiũ representat̃, poterunt restringere terminũ iuris, cũ fauore collegij vt.s̃.dictum é talis terminus fuerit datus. ¶ †Hec tñ procedũt, qñ non instat 5 terminus iuris. qñ aũt instaret iuris terminus ad eligendũ, tunc pars presens posset ad ellectioné ꝓcedere. ét si esset vnus solus, sic t3 Inno.⁊ Panor.in.c.cũ nobis.col.v.arg.c.si.lxv.di. q̄ nó tenet̃ ét vnus dimittere ius suũ pp absentiã aliorũ, nã ex quo terminus est prefixus a iure oés vident̃ esse moniti in termino. dies etenim pro hoie interpellat.l.optimã.C.de ꝯhé.⁊ cómit.stip.⁊.l. iij.C.de iure empbi.⁊.c.potuit de loca. intellige qñ absentes sciuerunt vacationem ecclesie, alias debuisset pars presens notificare absentibus in.c.q̄ pp de elec. ¶ Et aduerte q̄ ſm do. Fely.i.c. cũ oés.de cósti.col.pen. que superius dicta sunt quo ad duas ptes, q̄ requirunt̃ in vocatione partis tertie, illud h3 verũ, qñ é ꝯgre6 ganda vniuersitas secularis. † nã vniuersitaté ecclesiasticã potest cógregare antiquior, vt tenét Inno. Jo.an. Panor.⁊ idé Fely. c.j.de maiori.⁊ obe.⁊ ita t3 Pet.de ancha.in repe.c. canonum statuta.de cósti.fol.xxj.in ver.x.principaliter quero. posset tamé iudicio meo probabiliter sustineri, q̄ ét idé dõm foret in congregatione ecclesiastica, eo casu quo ipsa consueuit per capitulum, ⁊ non per aliquem ꝑticularé cóuocari. nã cósuetudo potuit dare hanc facultaté collegio. pro quo bo.tex.in.l.fi.C.de emanci.libe. ⁊.c.duo de offi.or.ꝯsuetudo.n.iurisdi.donare pót.d.iuribus. an aũt papa, vel legatus possit restringere terminũ iuris datũ ad eligendũ. vide.c.cũ in veteri.de elec.⁊ ibi Jo.an.⁊ Panor.in.c. ex 7 bore.de his que fi.⁊ maio.parte capituli. †Si capitulũ sit ꝯgregatũ pro electione faciẽda, deide, q̄ oriẽ dissidiũ ⁊ ꝯtétio inter eligétes, sic q̄ aliqui exeũt capitulũ, an hi, q̄ in capitulo remanét possint ꝓcedẽ ad eligé. vid Pan.i.d.c.cũ nob.col.v.⁊.vj.ď elec.

SVMMARIVM

1 Electio vocatis vocandis fieri d3, vocatio tamen absentinm nó est de substantia.
2 Successor cótépti in electione, pt cótéptũ predecessoris proseq.
3 Conteptus electionem ratificare potest factam eo spreto, sed inualidam non potest validare.
Vox contempti in electione non auget numerum.
4 Vox contempti qua ratione non cóputet̃ in numero eligentiu3.
Contéptus in electione intra quantum tempus debeat contemptum suum prosequi.
5 Electores ad electionem procedentes non vocato vocando, nó priuantur eligendi potestate.

¶ Capitulum.vij.tertie partis.

Et quia visum est ad quẽ ptineat cóuocare capitulũ, ⁊ an termin⁹ iuris datus ad eligédũ possit restringi, † premittédũ é pariter q̄ 1 electio d3 fieri vocatis vocãdis.c.venerabilé.de elec.⁊.c.bone i scdo.e.ti.⁊.l.obseruare.C.de decur.li.x. Ista vocatio tñ nó est de forma substãtiali, sed est de iustitia.⁊ sic electio facta nó vocatis vocãdis nó est nulla vt in.c.bone.el.ij.ď ele.⁊ ibi Jo.an.i col.ij.i fi.⁊ Panor.in.d.c.bone.col.iiij.⁊ Host.in sum.titu.de elec.§.q̄liter faciẽda.x.p̄ntibus. Et idé Panor. ita tenet in.c.q̄ pp.col. vj.in versi.vij.substãtiale.⁊.c.q̄ sicut col.ij.de elec.⁊ est ibi tex.singu.ſm Panor.ibidé ad h̄ q̄ róne cótéptus aliquor q̄ erant ad electioné vocãdi cassari pót electio ét post ꝯfirmationé ⁊ ꝯsecra2 tioné electi, q̄ seq̄t̃ ibidé Inn.col.ij.⁊ Jo.an.ét col.ij.no.fin.† q̄ mortuo cótépto qñ vox sibi competebat róne dignitatis, poterit successor in platura ꝓseq cótéptũ.gl.est ad h̄ sin.in.d.c. q̄ sic ex literis.in x̃bo ꝯsentire in fi.x̃bis quã sin.ďt ibidé Panor.⁊ ea3 sequunt̃ Inno.⁊ Jo.an. Et q̄.s̃.dixi de ꝯtépto q̄ possit ꝓseq cótéptũ post cófirmationé ⁊ cósecrationé electi, hoc h3 verum, quãdo cótéptus non fuit presens tempore quo fuit emissum edictum p ꝯfirmatiõe faciẽda, nã si esset p̄ns, ⁊ taceret nó posset postmodũ ꝯdicere.c.si.de ele.in.vj. ¶ †Et adde in materia q̄ q̄uis có3 téptus possit ratificare electioné factã eo spreto, nó tñ pót validare electioné inualidã, nec eius vox auget numeru3 adeo q̄d si sint tredecim canonici, quor vnus sit ꝯtéptus, ⁊ sex eligãt vnũ, ⁊ alij sex aliũ, deinde ꝯtéptus alterã illarũ electionũ ratificet, sua ratificatio eã nó validat, ⁊ l3 vox ꝯtéptor q̄ erãt vocãdi dẽat ꝯputari ad sciédũ si electio fuerit lacta a maiore pte capituli. non tñ d3 vox ꝯtéptor, qui postea ꝯsentiũt ad augédũ numerũ eligétiũ cóputari. gl.in verbo valebat.c.ecclesia.in.ij.de elec.⁊ ibi Panor. Inn.ibidé.⁊ in.c.in Genesi.de elec. vt in casu ꝓmisso vox ꝯtépti ratificãtis electioné factã a sex.⁊ si septé sit maior pars capituli, cũ in capitulo sint nisi.xiij.tñ ꝓ eo q̄ vox ꝯtépti nó auget numer neutra reperit̃ facta a maiori parte, q̄ q̄libet in ꝑlibato casu est a 4 sex facta. †Ratio aũt quare vox ꝯtépti postea ratificãtis nó cóputat̃ in electiõe quo ad augédũ numerũ est, q̄ ꝯsensus eligétiu3 debét ꝑstari i scrutinio, ⁊ ex illi d3 resultare electio. vt in.c.q̄ pp quare ꝯsensus p ꝯtéptũ ꝑstitus nó auget numerũ. ¶ Et nota. q̄d iudex róne ꝯptus, puta ꝯfirmator nó pót electioné al's validã annullare ꝯtépto nó ꝓsequẽte. Jo.an.in.c. q̄ sicut.col.ij.de elect. l3 Egi. fuerit in ꝯria opinione, ꝓ quo Pañ.in.c.in Genesi. i fi.col. ¶ Et nota q̄ illi q̄ sunt ꝯtépti debét ꝓseq ꝯtéptũ infra tps datũ eis ad eligédũ, ⁊ idé dõm é de ꝯtépto in actu collatiõis, vt dẽat infra sex mẽses q̄ dant̃ ad ꝯferédũ ꝓseq suũ ꝯtéptũ.arg.c.ij.ď cócess.pb. sic t3 Hosti.⁊ post eũ Pan.i.d.c. q̄d sicut.col.ij.de electi. 5 †His adde q̄d si eligétes ꝓcedãt ad actũ electiõis aliquo q̄ erat vocãdus ꝯtépto. electores ob hoc nó sunt ꝑuati ptãte eligẽdi, ⁊ p̄nt electores cassata electiõe pp ꝯtéptũ ꝓcedere ad electioné, ⁊ illũ eligere, qué prio elegerãt si aliud nó obsistat, vt é tex.in.c.bone el scdo.⁊ notat ibidé Panor.in.vj. notabili titu.de electio.

SVMMARIVM

1 Vocandi sunt ad electionem qui commode vocari possunt.
2 Judex arbitrabitur quando ad electioné vocari debeãt ab̄ñtes.
3 Cófirmator elec. arbitrari d3 ex quo loco vocari ďbuerit ab̄ñtes.
4 Eligentes in regno Francie ex toto regno debent vocari.
Reo quando incumbat onus probandi remissiue.

¶ Capitulum

¶ Capitulum. viij. tertie partis.

2 ptis minoris, nisi opponeret aliqd φ foret rōnabile. † nā cū agit̄ de re necia. sic ē collatio, ꝛ electio, stādū ē iudicio maioris ptis. pan. in. d. c. in genesi. col. iiij. p⁹ Jo. an. ibidē. col. ij. ille ɔ̄ q hēbit facere collationē numeri zeli ꝛ meriti, aut ex ɔsuetudine, aut ex ptāte a caplo sibi ɔcessa, p̄ leget totū scrutiniū, ꝛ aduertet an electio sit ɔcors necne, si eā ɔcordē repiat, dicet, dn̄i audiuistis scrutinij publicationē, ex cuius tenore ɔstat ɔcordiā fuisse in scrutinio. iō nō pōt fieri collatio numeri ad numerū poterit tn̄ fieri collatio numeri ad sciēdū. s. an eligentes sint maioꝛ pars capituli, ꝛ adiunget nos. x. vel. xij. ꝛc. fm̄ numerū faciētiū. c. vota nr̄a, oēs emisim⁹. in. N. alij āt q nō ɔparuerūt fecerūt se alienos, ꝛ sic si reperiat̄ totā ptātē capituli ɔsistere in presentibus, illa electio poterit dici fcā a maiori pte, ꝛ ēt valebit ɔcors nominari, q2 ex q̄ illi i qbus capitularis potestas ɔsistebat fuerūt ɔcordes, pōt dici electio in ɔcordia, ꝛ sic ergo fit collatio in electione ɔcordi, q̄ ad numerū, ad sciēdū. s. an eligētes faciāt maiorē ptē capituli, ꝛ ēt poterit fieri collatio, an. s. oēs q elegerūt habuerint vocē in caplo, ꝛ sic fit collatio numeri qn̄ vnus pcise eligit̄. † fit ēt eo casu colla-

3 tio meriti, an vcꝫ electus sit idoneus, vt puta literatus, legitim⁹, ꝛ sic de singulis in eligēdo reqsitis. fit ēt collatio zeli qn̄ vnus eligit̄, an. s. bono aio eligētes ɔsenserint in eligēdū an pretio, vel pcibus, ꝛ sic habes q̄liter fit collatio numeri, zeli ꝛ meriti, qn̄ vn⁹ eligit̄. ꝛ h̄ est mens Panoꝛ. in. d. c. q2 pp. col. iiij. circa mediū. ꝛ idē tꝫ Jo. an. col. iiij. in eo. c. q2. ꝛ Jo. an. in addi. ad Spe. in ti. de elec. §. j. ꝟ. φ āt. p h̄ est tex. formalis. in. c. cū post petitā. ꝛ ibi Jo.

4 an. ꝛ Panoꝛ. in prin. de ele. † Vbi āt sunt plures electi, tūc fit collatio numeri ad numerū, zeli ad zelū, meriti ad meritū, h̄ mō, ille q hꝫ collationē facere dicet, dn̄i vt ppendere valuistis ex publicatione scrutinij vota nr̄a sunt in plures diuisa, ego reperio ex nobis eligētibus q sumus. xxiiij. nu. tredeci ɔsensisse i Petrū ꝛ sex in Jo. ꝛ qnqꝫ in Carolū, q̄re ɔstat petrū hr̄e maiorē ptē capituli Jtē repio in eūdē petrū electū ab hn̄tibus meliorē zelū, nā eligētes petrū nullo vinculo ɔsanguinitatis, vel affinitatis, neqꝫ alias

sunt ei ꝯiuncti, q̄re bono zelo videtur fuisse moti ad electioné d. Pet. alij aūt elligētes Jo. ꝛ Carolū sunt eis ꝯsāguinei ꝛ affines q̄re videnī sanguine, potius q̄ʒ virtute moti. 5 † Quo aūt ad meritū repio Petrū magis meritū ad nr̄am obtinēdā prelaturā q̄ʒ alios, nā d. Petr⁹ est vir apprie doctus, castus, ꝛ i oib⁹ bñ morigeratus, alij āt st̄ lubrici, malefamati, ꝛ illr̄ati, ꝛ sic solet fieri collatio qñ plures eligunī. hāc praticā ponit Spec. in. d. ti. de elec. §. j. ver. publicatione āt fcā. ¶ In q̄ āt attēdaī numer⁹ nō est exponēdū, q: p se pȝ. ita dt Host. in sum. ti. ð elec. §. q̄liter. xv. in q̄ aūt. zelus vero ꝯsistit in aio, q̄. s. intētiōe ipsi electores elegerūt, an pp ꝯsanguinitatē ꝛ amicitiaȝ, an ex corruptela seu pcib⁹, an ex merito vite ipsius electi, vt pbaī in. c. ecclesia. el. ij. ð elec. in verbo, habito presertim respectu ad psonā electā meliorē zelū ꝛc. 6 † Cōsistit āt zelus in aio, q̄re opȝ, vt pbeī p ꝯiecturas, q: aius aliter pbari nō pōt. c. ij. de renū. lib. vj. ꝛ. l. dolū. C. de dolo. Et dñs Joā. an. ꝛ Panoꝛ. in. d. c. eccle. in. ij. post Jnn. in. c. dudū. el. j. de elec. ꝙ nō est multū curādū an meliori zelo aliq eligerint, dūmō nō fuerint ducti malo zelo, vt puta carnalitate, corruptiōe, vel mala affectione. j. q. i. c. sunt nōnulli. si inqsitus dicat se habuisse malū zelū, credit ei ꝯ se. ff. de interroga. actio. l. de etate. §. j. sȝ si deponeret p se dicēs se habuisse bonū zelū, hēbiī respectus ad psonas. Host. in sum. de elec. §. q̄liter. xv. zelus. ꝛ ibi vide p eū. ¶ 7 † Meritū aūt ppie ꝯcernit ipsos electos, ꝛ ꝯsistit in moribus ꝛ vita ipsoꝝ electoꝝ, ꝛ in alijs q̄ hñtur in. c. cū in cūctis. de ele. pōt et ꝯcernē ipsos eligētes, vt honestiores dicanī maioris meriti, ꝛ sic eoꝝ voces reddanī pinguiores, ita tenēt Jo. an. ꝛ Pan. in. d. c. eccle. el. ij. de elec. ꝛ Host. in. d. §. q̄liter. ver. meritū. Circa hāc mām, ꝛ qñ numerus est ab vna pte, auctas ꝛ meritū ab alia, quis pferaī. ꝛ ð multis silibus. q. vide Jo. an. ꝛ Panoꝛ. in. d. c. eccle. ꝛ Inno. i. c. dudū. el. j. de ele. ¶ Premissoꝝ occasione posset q̄ri, qs sit preferendus ex duobus electis, quoꝝ vn⁹ ē canonista, alter vero theologus, q̄ʒ qōnē ponūt Host. ꝛ Jo. an. ꝛ Panoꝛ. in. c. j. de ꝯsangui. ꝛ affinita. ꝛ ibi ꝯcludūt 8 † ꝙ data paritate in ceteris si in loco seu diocesi, in q̄ illi tales eligunī verseī causaꝝ ventilatio, ꝙ tūc est pferēdus canonista. nā cāe q̄rū cognitio ptinet ad iudicē ecclesiasticū dñt decidi fm statuta canonica, vt est text. in. d. c. j. de cōsan. ꝛ affi. vbi vero in diocesi pullularēt hereses, aut talis diocesis esset vicina hereticis. tūc canonista dēret cedere theologo, ꝛ theologus eo casu esset canoniste pferēdus. ar. c. in causis. ð ele. facit. c. sup Spe. de magi. mixtus āt esset vtriq̄ preferēdus, vt ibi p eos. de hoc aliqd tāgit Fely. in. c. fi. de magi. j. col. ¶ Et no. ꝙ si collatio nō pōt fieri vno die, pōt cōtinuari in fm diē, ꝛ sic ð singulis, q: forte sunt plures canonici. pro hoc facit tex. in. c. literas ð tēpo. ordi. sic tȝ Host. in sum. ti. de elec. §. qualiter. col. vj. versi. quid si tot sunt canonici. vide quod. s̄. dixi in quinto substantiali.

SVMMARIVM

1. Collatio numeri, meriti ꝛ zeli statiȝ scrutinio publicato dȝ fieri. Dicta in prefationibus repetita censetur in sequentibus.
2. Modicum quod est, quando curandum sit vel non.

¶ Capitulum. xxxij. tertie partis.

1 **Vodecimū** substantiale electionis per scrutiniū est, † vt dicta collatio numeri, zeli, ꝛ meriti fiat mox post publicationē scrutinij nullo actu ex̄neo interposito. tex. in. c. q: pp. de elec. ꝛ ibi Panoꝛ. post Jo. an. lȝ aliq teneāt ꝯriū. Phil. dixit ꝙ mox positū in. d. c. q: pp. dȝ intelligi repetitū in collatiōe. q̄. n. in pfationibus dñr in seq̄tib⁹ repetita intelligūtur. l. titia. §. idē ff. de ver. ob. si tñ interponaī mora nālis ꝛ cōpēdiosa ñ obest. ar. l. cū antiquitas. C. de test. cū si. modicū. n. intervallū ꝙ magis intellectu q̄ʒ elocutione pōt exprimi nō nocet. ff. de sol. l. ratū. ꝛ. ff. rē ratā haberi. l. quo. n. §. iulianus ait. 2 † qualiter de modico sit, vel si sit curādū, habes materiā accumulatissime tractatā per Anto. corserū in trac. ð excellētia ꝛ potestate regia, vbi ponit reglā, qō de minimo non sit curandum, q̄ʒ corroborat. lxxix. medijs, ꝛ pro parte contraria adducit. xliiij. media quareeum videas.

SVMMARIVM.

1. Electio cōmunis fieri debet collatione meriti, zeli, ꝛ numeri fcā. Electio singularis que sit, ꝛ quare non sufficiat.
2. Electio quare per vnum fienda sit nomine ac vice capituli. Pronuntiatio electionis per quem fieri debeat. Electio per excommunicatū pronuntiari potest.
3. Consensus omnium requiritur qñ electio extraneo cōmittitur.
4. Consensus expressus requiritur si de re onerosa agatur.
5. Forma qualis scrutiniane electionis.
6. Electione peracta, te deum laudamus, cantari debet.

¶ Capitulum. xxxiij. tertie partis.

1 **Ecimūtertiū** substātiale † prefate electionis p scrutiniū ē, vt facta collatione meriti, zeli, ꝛ numeri, vt premissuȝ est fiat cōis electio. c. in genesi. de elec. c. ecclesia. el. j. de elec. Jo. an. ꝛ Pano. in. d. c. q: Jnn. ꝛ Jo. an. ꝛ Panoꝛ. in. c. in genesi. tex. in. c. sic. ð ele. in. vj. ꝛ i. c. cū ab vno arbitroꝝ. ð re iud. in. vj. ꝛ ibi p Do. Phil. fran. Host. in sum. §. q̄liter. col. x. ver. est gaī. s. cōiter. Spe. in ti. de elec. §. j. col. v. ver. his igiī. nec sufficeret singularis electio ad hūc sensum. s. ꝙ qlibet ex eligentibus diceret, eligo talē ꝛc. sȝ opȝ ꝙ sequaī cōis ꝛ vnica. Jo. an. in. d. c. in genesi. et Panoꝛ. in eo. c. ē hodie forma qualiter dēat fieri electio in. c. sicut cū p formā. de elec. in. vj. vbi est expressum, ꝙ ipsa electio dȝ fieri p vnū noie ac vice capituli, p verba singularis numeri, siue pcedaī p viā scrutinij, siue p viā cōpromissi. 2 † Et est rō q̄re electio dȝ fieri p vnū noie ac vice capituli, nō p singulares de caplo. nā ipsa electio est actus vniuersitatis ꝛ collegij, sicut. s̄. dictū est, cū ad capl'm ptineat eligere p̄latū. sicut g̊ vnicū est capl'm ita vnica esse dȝ electio. hāc rōnē ponit Domi. in. d. c. sicut q̄ʒ seq̄ī Phil. fran. ibidē, p quē āt fiet electionis pnūtiatio, ꝛ est dōm ꝙ p eū p quē solita est fieri, sicut est in aliquibus ecclesijs, in qb⁹ solet fieri p Archi. maiorē, aut poterit fieri dicta pnūtiatio p eū cui caplo fuerit cōmissū, siue talis sit de capitulo, siue nō, ꝛ valebit talis electio, esto ꝙ pnūtiās sit excōicatus. ita tenent Do. ꝛ Phil. in. d. c. sicut. post Spec. in titu. de elec. §. i. col. vj. ver. qd si ille. ꝛ rō ibidē assignaī p dcm̄ Spec. ꝙ dcā pnūtiatio possit fieri per ex̄neū est. nā electio totalis cōmitti pōt ex̄neo. c. cām q̄. ð ele. si ergo tota electio possit ex̄neo cōmitti, multofortius poterit cōmitti sola pnūtiatio, 3 † tñ qñ cōmittiī electio ex̄neo reqriī oium ꝯsensus, vt. s̄. dixi tractādo formā cōpromissi in. c. xvij. inci. deinde no. Et ad vnū aduertas ꝙ in dāda facultate vni ex electorib⁹ ad pnūtiationē faciēdā, stādū est maioris partis iudicio, nō obstāte repugnātia minoris ptis. Jnno. in. c. in genesi. col. ij. circa fi. ꝛ Jo. an. in eo. c. col. iij. ꝛ panoꝛ. in. iij. col. d. c. in. genesi. de ele. nā cū agaī de re necessaria capituli, maiori pti stādū est. c. j. de his q̄ fiūt a maio. pte. c. hāc rōnē ponūt Jnn. Jo. an. ꝛ Pano. in. d. c. in genesi. ꝛ in tali ꝯcessione pnūtiādi electionē sufficit ꝯsensus tacitus ipsius capituli, nā cū agaī de re meritoria ꝛ ꝯcupiscibili, vt scȝ ecclesie puideaī de pastore, sufficit ꝯsensus tacitus, sic tȝ inn. in. d. c. in. genesi. col. ij. ꝛ Panoꝛ. in eo. c. col. iij. Jo. an. ibidē col. ēt tertia. 4 † secus āt si ageret ð re onerosa, vt est seruitus, vel aliqō aliud onus, p quo tex. in. l. filiusfami. §. inuitū. ff. de pcura. ꝛ i. l. q vas. §. vetare. ff. de furtis. ꝛ ꝙ ꝯsensus tacitus sufficiat in casu p̄misso, ħ tȝ gl. no. in verbo, p vnū. de elec. in. vj. in. c. sic. q̄ʒ notabilē reputat ibidē Do. qñ aūt taciturnitas hēatur p ꝯsensu, vide panoꝛ. in. c. nōne de psumpti. ꝛ ibi plenissime Fely. col. ij. iij. iiij. v. vj. ꝛ. vij. vbi mām declarādo ponit q̄tuor regulas cū aliqbus casibus fallētialibus, ꝛ aliq̄s illationes, quē ibi videas, qm̄ vix alibi neq̄ʒ in iure canonico, neq̄ʒ ciuili sic reperies mām digestā. ille ergo, adquē de iure, seu ꝯsuetudine, aut ex ptāte a. c. sibi cōmissa ptinet ptās pnūtiādi electionē, pcedet in hāc formā, 5 † p̄ sese signaculo san. crucis muniet ppositis missali ꝛ cruce dicēs, in noie patris ꝛ filij ꝛ spūssancti amen. Cū vacāte ecclesia. N. p obitū aut alias cōmēdabilis memorie. N. vltimi possessoris vocati q erāt de iure vocādi, placuerit capitolo, vt p viā scrutinij pcederet, factoq̄ʒ scrutinio. ꝛ in scriptis redacto, ac incōtinēti publicato, ꝛ alijs obseruatis que fm iura canonica, ac sacra ꝯcilia erāt obseruāda, collatione facta repertū fuit totū capitulū, seu maiorē ptē ipsius vota sua dixisse in. N. virū vtriq̄ʒ prouidū i spūalibus ꝛ tēporalibus discretū, bñ moratū, literarū notitia fulgētē, ꝯstitutum in etate legitima, de legitimo matrimonio procreatum, maturū, prudētē, sobriū, ꝛ modestuȝ, ꝛ alia obtinētē q̄ decēt ac expediūt i prelato, idcirco ego. N. vice mea, si sit de capitulo necnō ex potestate a capitulo mihi attributa, sanctispiritus gratia inuocata, ad honorē omnipotētis dei pr̄is ꝛ filij ꝛ spūssancti atq̄ʒ virginis itacte matris dñi nr̄i Jesu christi, ac beatoꝝ apostoloruȝ patri ꝛ pauli principaliū ecclesie fundamentoꝝ, necnon beati seu beate. N. huiusce vacātis ecclesie pr̄oni dcm̄ dñm. N. prout melius de iure possū ꝛ valeo i pastorē, ꝛ p̄latū. d. ecclesie eligo, 6 † q̄ pacto domini ð. c. icipiūt cātaī. Te deū laudam⁹. ħ forma hr̄ ex Spec. in ti. de ele. §. j. col. v. ꝛ. vj. ver. his igiī. ꝛ ex Mādago. i. j. p. c. xxxiij. ꝛ. xxxv. ꝛ ex eo. Mandagoto in. ij. p. c. lix. ver. collatione igitur. ꝛ Host. in summa ti. de ele. §. q̄liter faciēda, col. x. xv. inuocata spiritus

spiritus sancti gratia si canonici fuerint in discordia, sic q pars capituli vnum in scrutinio nominauit, alia vero alium, quelibet pars dabit facultatẽ ad eligendum per se nominatum, τ procedetur mutatis mutandis, vt premissum est.

SUMMARIUM

1 Electio confestim collatione facta fieri debet.
2 Cõcordia eligẽtiũ iteruenire põt post collõnẽ, τ añ ꝓnunciationẽ.
Electio quando valeat post collationem protracta.
3 Electores ꝯpelli põt ad eligẽdũ quẽ in scrutinio nominauerunt.
Iudex ꝯpetens qs ad electores cõpellendos vt eũ eligãt quẽ τc.
4 Cõfirmator electionis potest omnia ad illã exercere preambula.
Iudex cause preparantis est index cause preparate, remissiue.
5 Noiatus in scrutinio absq; ambitionis nota põt electionẽ ꝓseq.

¶ Capitulum. xxxiiij. tertie partis.

1 Decimũ Quartũ † substãtiale electionis p scrutiniũ ẽ, vt ipsa electio fiat statiz p⁹ babitã collationẽ numeri, zeli, τ meriti nullo actu extraneo intermedio. c. cũ post petitã tit. d elec. τ ibi bon⁹ tex. cũ dt aliquãdiu fuisse ꝓtractã, τ ita tenẽt ibidẽ panor. τ Ioã. an. post Phil. τ Host. lz Inn. tenuerit ꝯriũ, tñ rõnibus satis persuasiuis panor. tz post Io. an. in. d. c. post petitã, ꝯ Inn. Et qd statim dbeat fieri electio post collationẽ, ita tz Host. in sum. de elec. §. qliter, col. viij. ver. vt tñ scias, τ magis suadet rõ, vt post scrutiniũ publicatũ, τ factã collationẽ statiz fieri electionẽ, qꝫ post scrutiniũ fieri mox publicationẽ, ex multitudine eteniz scrutatoꝝ posset ꝯgrua cã subesse tardãdi publicationẽ, sz nõ põt iusta cã occurrere tardãdi electionẽ p⁹ factã collationẽ, 2 † si tñ p⁹ collationẽ babitã diceref aliqua missa de spũsancto, vel si eẽnt discordãtes eligẽtes, τ tractaref de eoꝝ ꝯcordia post collationẽ, τ añ electionẽ, dũmõ nõ diuerterẽt eligẽtes ad actus extraneos, nõ ꝓpea vitiaref ipsa electio fz Io. an. post Host. quos sequif panor. in. d. c. p⁹ petitã, huius opinionis. s. q electio sit statiz celebrãda post collationẽ habitã, fuere Spe. in ti. de elec. §. j. col. v. τ Mãdago. in. j. pte. in. c. xxxiiij. incip. qr collatione, boc ẽt tenuerunt Io. an. τ panor. in. c. qr pp, de electio. ¶ Et aduerte notabiliter, qd lz electio ꝓtracta post collationẽ ñ teneat, vt vides p iura τ doc. supius adductos, limita tñ hoc bre veꝝ, qñ eẽt ꝓtractio electionis ex ignorãtia eligẽtiũ, aut ex ignauia quadã eoꝝ, secus si eligẽtes differãt eligere post collationẽ in fraudẽ electi, vtputa qr forte sunt ducti pñia, qr talẽ noiauerũt in scrutinio, τ sic differũt eius electionẽ, vt eo medio casser electio. 3 † iste tñ noiatus in scrutinio poterit adire supiorẽ, vt cõpellat ipsos electores ad electionẽ faciẽdã. c. publicato, τ ibi bona gl. in verbo, cõpellanf, ista tñ supioris aditio nõ põt fieri sine aliq mora, q superior bz citare ipsos electores, τ eos audire, q sine magno interuallo fieri nõ põt, bis tñ nõ obstãtibus ista mora ꝓueniẽs ex fraude τ dolo ipsoꝝ eligẽtiũ nõ põt, nec dz nocere noiato in scrutinio, τ sic est casus, in quo ẽ valida electio, qũuis sit ꝓtracta, ꝓ quo vide Io. an. in. d. c. publicato, τ panor. ibidẽ. Et dicũt pfati doc. panor. s. τ Io. an. in. d. c. publicato, qd in h cãu ad cõpellẽdos electores ad electionem post collationem superior, τ iudex cõpetens reputaf ille q bz electionẽ ꝯfirmar, qꝫuis alias nõ sit ordinarius, 4 † qr ex quo ipse bz ꝯfirmare, τ cognitio ipsius ꝯfirmationis ad eũ ptinet, p ꝯñs ad eundẽ ptinebunt preambula τ ꝓparatoria ad ꝯfirmationẽ, seu eoꝝ cognitio. ff. d ꝓcurato. l. ad legatũ, τ. l. ad rẽ mobilẽ, satis facit. c. ñ liceat, i. ij. xij. q. ij. τ boc ẽ notãdũ diligẽter fz panor. ibidẽ, ad boc vt is ad quẽ spectat ꝯfirmatio possit oia pãmbula exercer, ẽt iurisditionẽ exercẽdo in alios sibi nõ subiectos, ꝓ quo vide eundẽ panor. in. c. sollicite, de resti. spo. qliter aũt iudex cãe ꝓparãtis ẽ ẽt iudex cãe ꝓparate, vide Bal. in. l. ordinarij, C. d rei vẽdi. col. ij. τ ibi dt, q si agatur sup absolutione a iurõ pstito sup ꝯctu vsurario aut simulato, τ is q iurauit ab epõ absoluaf, si postmodũ agaf sup simulatione ꝯctus nõ poterit agi in alia curia, sz dz mã tractari in curia epi, ꝯriũ tñ vidi seruari Parisijs, τ Ias. in. l. quoties. C. d iud. τ ibi plene p eũ de iudice cãe ꝓparãtis τ cãe ꝓparate. 5 † nec ẽ notãdus ambitione is, q fuit noiatus in scrutinio, si ꝓsequaf electionẽ fieri, ex quo ipse nõ oritur a seipso fm Io. an. in. d. c. publicato, col. fin. τ ibi vide de mõ quo dz procedere dictus in scrutinio noiatus, ad boc vt fiat τ sequaf electio. Nec ẽt notãdus est ambitione elect⁹ ꝓsequendo confirmationem gl. in verbo, post obtẽtã, in. c. cupiẽtes, in principio, de electione, in. vj. τ Domi. col. iiij.

SUMMARIUM.

1 Eligi dz in prelatũ in quem maior τ sanior pars capituli ꝯsensit.
Maioritas τ sanioritas copulatiue requiruntur in electione.
2 Copulatiua ad sui veritatem vtranq; partem veram esse exigit.
3 Electio in alternatiuis regulariter est debitoris.
Ualidum censetur quod a maiori parte capituli efficitur.
4 Electio pape facta a duobus partibus valet absq; sanioritate.
Meriti τ zeli collatio in qua electione fienda.
5 Maioritas in electione qualiter attendatur respectu numeri.
Uoces in electione faciẽda qñ cõputentur p capita, τ quãdo nõ.
6 Electus a pluribus nationibus, seu capitulis, quando censeatur electus a maiori parte.
Electio vt dicatur facta a maiori parte, plura requirit.
7 Corpora plura vnum facere quibus cognoscatur coniecturis.
Electione ad capitulum, τ episcopum pertinente non sufficit episcopum vnam vocem ex capitulo babere.
8 Uox episcopi sua dignitate inspecta ponderosior est censenda.
Sanioritas in quibus consistat.
9 Zelus in aio ꝯsistit, τ qualiter qs ex zelo censeatur eligere.
Zelus melior eligentium non curatur multum.
10 Sanioritas eligẽtium in opere τ effectu ꝯsistit.
Meritum in electione in quo ꝯsistat, τ quos dicaf concernere.
11 Electio quando dicatur facta a duplo maiori parte.
Postulatus quando sit electo preferendus.

¶ Capitulum. xxxv. tertie partis.

1 Decimũ Quintũ † substãtiale electionis p scrutiniũ est. vt is eligaf i quẽ maior pars τ sanior ipsius capituli ꝯsenserit, tex. in. d. c. qr, de ele. τ ibi Io. an. τ panor. ꝓ quo ẽt tex. in. c. ecclesia, in. ij. de elec. τ ibi Io. an. τ panor. ẽ quoq; bonus tex. in. c. corã, eo. ti. d elec. τ qd ista duo requiranf. s. maioritas τ sanioritas, ita tz Hosti. in sum. tit. de elec. §. qualiter faciẽda. col. xj. τ. xij. ver. maior. τ v. sanior. vbi allegat multa iura, cũ ergo ista duo regranf copulatiue. s. maioritas, τ sanioritas, vt ẽ tex. in dictis. cc. nõ sufficeret alter illoꝝ, quare, si eẽt vna electio facta a maiori pte, τ alia a saniori, neutra foret valida, τ sic tenẽt Ab. antiquus, Pet. Egidius, τ Host. τ panor. τ Io. an. in. d. c. ecclesia, p⁹ dictos doctores, 2 † nã ad veritatẽ copulatiue fm logicoꝝ dogmata reqrif vtrãq; ptẽ eẽ verã, ꝓ quo tex. τ ibi Bar. in. l. si qs ita. ff. de vb. obl. τ idẽ Bar. in. l. sepe, d vb. sig. τ plene i. l. si is q ducẽta. §. vtrũ. ff. d reb. dub. col. j. ij. iij. τ. iiij. vbi ponit qd regrat ad veritatẽ copulatiue, τ qd ad veritatẽ disiunctiue, τ est ibi totus logicus. Qualiter ãt copulatiua posita inter duo facit dispositionẽ verificari in vtroq; regulariter, vide do. Fel. hoc elegãter atq; copiose tractãtẽ post bar. bal. Sali. Lud. Ro. Imol. Abb. Pet. de anch. Do. Archi. τ alios multos doctores in. c. ex pte, el. j. de rescrip. col. x. v. copula. vbi p decẽ col. materiã examinat, ponens regulã, τ sex casus fallẽtiales, cũ qbusdã restrictionibus, eundẽ quoq; do. Fel. nõ minus copiose tractãtẽ naturã alternatiue, in. c. inter ceteras, de rescri. videas, 3 † ẽt qualiter i alternatiuis electio sit debitoris, vbi duas regulas ponit cũ nouẽ fallẽtijs, τ decẽ restrictionibus, nec alibi sic adunatã materiã inuenies, qre hec adduxi, redeat aũt vñ digressa est oratio, hec ergo duo reqrunf ad electionis validitatẽ copulatiue. s. vt ipsa fiat a maiori, τ a saniori pte capituli, ita tenẽt prelibati doc. τ hoc ẽt tz do. Fel. in. c. cũ oẽs, d ꝯstit. col. xiij. in gl. posita sup verbo, ꝯstitutũ, in fallentia. xiij. vbi ponit regulã, qd in rebus collegij vz qd fit a maiori parte, ad qꝫ regulã ponit quatuordeciz casus fallentiales, inter quos enumerat, qñ illa pars maior nõ est sanior, cũ ad validitatẽ actus requiranf ista duo copulatiue. 4 † hoc tñ. s. vt reqraf in electione sanioritas cũ maioritate non bz veꝝ in electione pape, nã in ea nõ reqrif sanioritas, dũmõ fuerit electus a duabus partibus. c. lz, de elec. τ ita tz Fel. post Do. in. d. c. cũ oẽs, de ꝯsti. col. xiiij. Et aduerte, qd nõ dz accipi maior pars partiũ ꝯparatione minoꝝ, sed respectu totius capituli, vt si in capitulo sint duodecim eligentes, si sex eligant vnũ, τ tres aliũ τ alij tres alium, eo casu electus a sex est electus a maiori parte capituli partium comparatione minorum, quia alie partes sunt tres, τ tres, sed nõ est electus a maiori pte capituli, nam cum capitulũ ꝯstituatur ex duodecim, sex non sunt maior pars, sed sunt media pars ipsius capituli. requiritur ergo in casu premisso ad h q electio dicatur facta a maiori parte, illam fieri aut a septẽ, aut a maiori numero puta octo, nouẽ τc. vsq; ad numerum duodenarium, pro hoc tex. in. c. ecclesia, el primo, de elec. τ ibi Io. and. τ panor. τ do. Fel. in. d. c. cũ omnes, de consti. colum. xiij. versi. secundo nota. Et quod dictuz est de maioritate respectu totius capituli, que est de necessitate electionis, sic quod nõ sufficeret maioritas partiũ comparatione minorum, hoc fallit in electione ministri prouincialis minoruz, nam in eius electione satis est, vt ipsa

fiat a maiori pte partiū ꝯparatione minoꝝ, i q̄ electione nulla sit meriti neq̃ zeli collatio. tex. in cle. exiui ꝺ paradiso. §. demū, ꝺ v. sign. ⁊ qꝺ sufficiat ad validitatē electionis dicti ministri ꝓuincialis maior pars partiū ꝯparatione minoꝝ, ita tꝫ. d. Feli. in. d. c. cū oēs, col. xiiij. ⁊ panor. in. d. c. ecclesia, in. j. ꝑ illū tex. cle. exiui. ⁊ il-
5 lū tex. reputat sing. panor. in. ij. col. dicti. c. ecclesia. †Et no. ꝙ maioritas attēdit̄ respectu numeri, sic qꝺ ille dr̄ electus a maiori pte q̄ ē electus a pluribꝰ. Host. in sum. §. qualiter, col. xij. vsi. maior.

¶ Nec est obticēdū vnū, qꝺ ē singu. in materia. s. qꝺ si duo capitula aut plura, seu plures nationes ꝯgregant̄ ꝓ electiōe faciēda, si ꝯgregent̄. d. capitula, seu nationes, vt faciāt vnū corpus, ⁊ non vt diuersa, tūc ꝯputant̄ voces ꝑ capita, vtpura si sunt duo capit. quoꝝ qꝺlibet hꝫ. xij. canoni. q̄ capit. ꝯgregari solēt in electiōe alicuius archiepi, ⁊. d. capi. solēt ꝯgregari, vt faciāt vnū corpus, tūc satis est ad electionis validitatē, vt fiat electio a. xiij. canoni. nam eo casu. xxiiij. faciūt vnū corpus, cuius maior pars ē tredeciꝫ, nec refert an plures sint de vno. c. q̄ꝫ de alio dūmō ex illis duobus capitulis simul iūctis, q̄ in casu ꝑmisso faciūt vnuꝫ corpus, maior
6 pars cū reliq̄s necessarijs ad electionē elegerit. †Si aūt plura capitu. aut nationes, seu vniuersitates ꝯgregarent̄ in vnū, nō vt faciāt vnū corpus. sꝫ vt diuersa, tūc nō ꝯputant̄ voces ꝑ capita singulariū ꝑsonaꝝ, sꝫ hr̄ respectus ad plures natiōes, ⁊ ad plura capitu. ita ꝙ ille dicet̄ ellectus a maiori pte, ⁊ actus reputabit̄ gestꝰ a maiori pte, q̄ fuerit electus, seu factus a maiori pte capituloꝝ seu a maiori pte nationū, lꝫ q̄s nō sit electus a maiori pte ꝑsonaꝝ vtputa si eēnt decē natiōes ad eligēdū rectorē vniuersitatis Parisiace, si vnus eligat̄ a sex natiōnibꝰ, vbi nō sunt nisi mille hoīes, alius vo eligat̄ a q̄tuor, q̄ hn̄t duo milia hoium, electus a sex nationibus dr̄ a maiori pte electus, nā in. d. cāu hr̄ respectus precise ad nationes, ⁊ ñ ad singularia supposita. Ita singl'r decidit panor. in. c. pastoralis, de rescr. sup gl. posita in vbo, plures, ⁊ in. c. scriptū, de elec. col. ij. ⁊. iij. ⁊ idē panor. in. c. postulastis, ꝺ ꝯces. prebē. hoc ēt tꝫ Jo. an. de electio. in. c. scriptū, col. ij. Et hāc materiā copiose tractat do. Fel. in. d. c. pastoralis, de rescri. col. vj. ver. vbi duo corpa, vbi multa elegātia adducit, q̄ ibi videas. †Et aduer-
7 te qꝺ ex circūstātijs cognoscit̄ si duo corpora, aut plura, s. vniuersitates capi. seu nationes ꝯueniāt, vt faciāt vnū corpus, aut diuersa, si. n. dant̄ voces in vnū, sicut fit in ꝯciliorꝝ ꝯgregationibus, nō pōt dici vt ꝯueniant, nisi tāq̄ꝫ vnū corpus, sic tꝫ panor. in. d. c. scriptū, de electio. col. iij. quē sequit̄ do. Fely. in. d. c. pastoralis, de rescrip. col. vj. d. versi. vbi duo corpora, q̄ vba sunt magne iportantie, ꝭm do. Fel. ibidē. Itē adde qꝺ si electio ptinet ad epꝫ, ⁊ ad capi. sicut facit in eccle. Agenēsi, vbi electio canonicoꝝ pertinet ad epꝫ, ⁊ ad capi. tūc nō sufficit ꝙ eps hēat vnā vocē ex. c. sicut voluit tenere Host. in. c. postulastis, de ꝯcessio. ꝑbē. vel eccle. nō vacātis, vbi fuit in mirabili opinione dicēs, qꝺ i eo casu quo electio spectat ad epꝫ, ⁊ ad capi. tātā vocē hēat eps, sicut totū capituluꝫ, ⁊ vox sua reputet̄ ꝓ media totius capi. ⁊ sic si habeat secū vnā vocē ex. c. satis putat eē ad hoc qꝺ dicat̄ electio facta seu negotium gestū a maiori pte, q̄ꝫ opinionē reprobat panor. ibidē, ⁊ Jo. an. in c. a collatione de appel. in. vj. ⁊ ibi plene ꝑ eū, ⁊ ꝑ Dom. q̄ plures rōnes adducūt ꝯ Host. eosdē sequit̄ Phil. frā. in eo. c. a collatione, dictā ēt opinionē refellit do. Fel. in. d. c. pastoralis, col. vij. ꝺ rescr. ex quo. n. electio ptinet ad epm̄, ⁊ ad capi. ⁊ eps nō hꝫ secum maiorē ptē capituli, q̄ꝫuis hēat vnū aut duos cano. nō dr̄ hr̄e vocē capituli ꝭm ꝑfatos docto. quos vide, vbi eos allegaui. hn̄ vex
8 est† qꝺ vox epi rōne sue dignitatis reputat̄ pōderosior, vt est tex. in. c. dudū, in. j. ꝺ ele. ⁊ panor. ⁊ idē panor. in. d. c. postulastis, ꝺ ꝯcesс. prebē. col. iij. Sanioritas āt ꝯsistit in aucto. zelo ⁊ merito. Et auctoritas ꝯsiderat̄ in dignitatibus eligētiū, in prouectiori etate, ⁊ in maioribus ordinibus eorūdē, vt ꝓbat̄ in. c. ecclesia, in. ij. ꝺ electio. iuncto. c. dudū, in. j. ⁊. c. in Genesi. de electio. Panor. in. d. c. ecclesia, in. ij. ⁊ Jo. an. in eo. c. ecclesia, q̄ ponit ēt. d. aucto. attēdi nō solū ex ꝑmissis, sed ēt ex antiquiori institutione, ⁊ ordinatione c. epoꝝ. ⁊. c. ꝯsuluit. lxxiij. distin. ⁊. c. in noie dn̄i. xxiij. distin. ⁊. c. j. de maio. ⁊ obe. tex. in. c. dudū. in. j. ⁊ ibi panor. tit. de elec. ⁊ Jnn.
9 ibidē. † zelus aūt ꝯsistit in aio, qua. s. intētione q̄s elegerit, an ob ꝯsanguinitatē, amicitiā, preces, pecuniā electi, ⁊ amicoꝝ eius an ꝑp virtutes ⁊ merita ipsius electi, qꝺ vr̄ probari in. c. ecclesia, el scdo, de electio. Et cū zelus ꝯsistat in aio oportet ꝓbari ꝑ ꝯiecturas, cū ea q̄ in aio ꝯsistūt ꝑ ꝯiecturas, ⁊ nō aliter ꝓbari pn̄t. l. dolū. C. de dolo. c. ij. de renūcia. lib. vj. Jnn. c. dudū, in prio, de elect. Jo. an. ⁊ Panor. in. d. c. ecclesia. in scdo, de ele. ⁊ dicit Jnn. in. d. c. dudū, in prio, quē sequit̄ ēt panor. in. d. c. ecclesia, in scdo, qꝺ nō est multū curādū an meliori zelo aliq̄ elegerint, dūmō nō fuerint ducti malo zelo, puta carnalitate, corruptione, vel mala affectio-

ne. j. q. j. sunt nōnulli, ⁊. c. sequēti. Jo. an. in. d. c. ecclesia. ī. ij. col. v.
10 dixi. s. in. xj. substātiali. Et lꝫ zelus in intētione ꝯsistat, † sanioritas tn̄ ipsoꝝ eligētiū ꝯsistit in opere, ⁊ effectu, vt. s. illa pars dicat̄ sanior, q̄ digniorē elegit. d. c. ecclesia, in. ij. ⁊ ibi Jo. an. ⁊ Panor. ⁊ Jnn. in. d. c. dudū. Et debēt electores diligēter īqrere ꝺ meritis electi. viij. q. ij. c. fi. nā presumunt̄ scire ipedimēta ipsius, nisi ꝓbet̄ ꝯriū. c. innotuit, de elec. Jnn. in. c. dudū, col. j. vel nisi alia presumptio illam elidat. c. quia, de presumptio. Jnnocen. in dicto. c. dudum, colum. j. ⁊ Joan. and. in. c. ecclesia. el secundo, colum. v. de electio. Meritū aūt ꝓprie ꝯcernit ipsos electos, ⁊ ꝯsistit in moribus, vita ipsius electi, ⁊ in alijs q̄ hn̄r in. c. cū in cūctis, ti. de elec. Jo. an. col. fi. c. ecclesia, in scdo, de electio. ⁊ panor. ibidē, col. v. pt ēt ꝯcernere eligētes, vt hōestiores dicant̄ maioris meriti, ⁊ sic eorū voces ex hoc reddant̄ pinguiores, panor. in. d. c. ecclesia, colū. vj. ⁊ Host. in summa tit. de electio. §. q̄liter faciēda, col. ix. ver. meritū. Et no. qꝺ electus a duplo maiori parte duabꝰ pluribusue electionibus factis, seu celebratis presumit̄ electus ab hn̄tibus meliorē zelū, ⁊ de bene merito, sic vt talis electio ꝑsumat̄ facta a saniori pte, q̄ sanioritas, vt. s. d. est, ꝯsistit in auctoritate, zelo ⁊ merito, ⁊ ꝯ talē electionē a duplo maiori pte factā nō pōt obijci, qꝺ ñ fuerint auctoritas, zelus ⁊ meritū. c. si q̄n. de elec. lib. vj. ⁊ ibi Jo.
11 an. Do. ⁊ Phil. fran. †⁊ dr̄ electio facta a duplo maiori pte, q̄n est facta a duabus ptibus, vtputa si sint duodeciꝫ eligētes, si octo eligant vnū, ⁊ quatuor aliū electꝰ ab octo dr̄ electus a duplo maiori pte, q̄ȝ est electus a duabus ptibus capit. nec reqrit̄ excessus ꝭꝫ panor. ⁊ Jo. an. in. c. scriptū, ⁊ ibi gl. in vbo, maiorē, ꝺ electio. Jo. an. Do. ⁊ Phil. in. c. si q̄n, de elec. in. vj. ⁊ hec hn̄ not. nā sunt quotidiana, ⁊ sepe in pratica, his adijcias, ꝙ si electio, ⁊ postulatio ꝯcurrāt, si postulatio fuerit facta a duplo maiori pte capi. hoc est a duabus capi. ptibus ꝑfert̄ postulatus electo, tex. i. c. scriptū, ꝺ electio. ⁊ ibi Jnn. Jo. an. ⁊ panor. dummō alias fuerit dignus.

SUMMARIUM

1 Electio vbalis eē dꝫ, nec sufficit factū tacite electionē importās.
Pronunciatio verbalis in electione est necessaria.
2 Uerba in sacramento corporis Christi sunt de forma substātiali.
Uerba non sunt necessaria in his in quibus non seruatur forma.
3 Uerba in matrimonio non sunt necessaria.
4 Factum quibus casibus absq̃ verbis sufficiat.

¶ Capitulum. xxxvj. tertie partis.

1 **Decimū** Sextū, † substātiale ꝑlibate electionis ꝑ scrutiniū ē, vt talis electio fiat vbaliter, tex. in. c. ecclesia, in primo, de electio. ⁊ ibi Jo. an. ⁊ panor. tex. in. c. sicut, de elec. in. vj. cū ōt per vnū ꝓnūciāda, ⁊ ibi gl. in vbo, ꝑ vnū. ⁊ Do. ⁊ Phil. frā. ibidem tex. ⁊ ibi Do, in. c. cū ab vno, de re iudi. in. vj. vbi tex. qꝺ electiōis ꝓnūciatio ꝑ vba singularis numeri sit faciēda, nec sufficeret fcm̄ eligētiū electionē tacite ipoꝛtās, nisi fiat vbalis ꝓnunciatio, cū ꝑ forma substātiali reqrit̄ vbalis ꝓnūciatio, ꝭꝫ ꝑfatos doct. Simile ē in baptismo, vbi vba sunt de substātia, vt in. c. detrahe. j. q. j. vbi detrahe vbū ab aqua, q̄d erit nisi aqua, accedit vbū ad elemētū, ⁊ fit sacr̄m, ⁊ sunt vba Augu. q̄ assumpsit magister sniarū in. iiij. dist. iij. de hoc hēs tex. ⁊ ibi ꝑ canonistas in. c. j. de baptis. ⁊
2 eius effectu† hēs quoq̃ simile in sacro eucharistie, vbi vba sunt ꝺ forma substātiali, vt tꝫ Ambro. in lib. ꝺ sacris, cuius vba recitat Gratianꝰ, in. c. panis, de ꝯsec. dist. ij. eadē vba ēt refert magister i. iiij. sniaꝝ. dist. viij. Itē ēt i apostoloꝝ petitione vba sunt necessaria. tex. in. c. ab eo. de appel. in. vj. sic tenēt Jo. an. ⁊ Panor. in. c. ecclesia, in primo, de elec. Et not. ꝙ in electionibꝰ, in q̄bꝰ nō ē seruāda forma. c. q̄ȝ pp, de elec. putat pano. nō eē necessaria vba dūmō ꝯstet ꝺ ꝯsensibus eligētiū ꝑ ipꝫ fcm̄, † sicut dr̄ i mr̄imonio car-
3 nali, vbi vba ñ st̄ necessaria. c. tue, ⁊. c. cū apō, ꝺ spō. ⁊ ibi pan. lꝫ i h̄ Jo. an. distinguat. in. d. c. cū apō, q̄ ē decretalis. j. q̄ꝫ Jo. an. dicit, vt ipse ibidē refert. ⁊ sic mr̄imoniū carnale ⁊ spūale differūt q̄ȝ spūale qꝺ ē inter platū ⁊ suā ecclesiā. c. inter corpalia, ⁊. c. lꝫ, de trāsla. epi vel electi. nō ꝯhit̄ sine vbis, vt ꝓbāt iura supius adducta. carnale āt ꝯhi pōt solo ꝯsensu sine vbis, vt ꝓbat̄ iuribꝰ pallegatis, hn̄ facit tex. in. l. sufficit. ff. de spōsa. q̄ ē canonizata. xxvij. q. ij. in. c. sufficiat, ⁊ ita tꝫ Jo. an. in. c. tue, ꝺ spō. vbi ponit plures dif-
4 ferētias inter mr̄imoniū carnale ⁊ spūale, quē ibi vide. † Sūt tn̄ aliq̄ cāus in q̄bus sufficit solū fcm̄ sine vbis, ꝓ quo vide gl. in. c. dilecti, in. ij. de appel. in vbo, fcō, q̄ gl. ē notabilis. ꝭm panor. ibi. Qualiter aliq̄n plus ꝯsideret̄ fcm̄ ⁊ veritas q̄ꝫ verba, vide rubricā. C. plus vale. qꝺ agitur q̄ꝫ quod simulate ꝯcipit̄. tam in rubro q̄ꝫ in nigro. ⁊ ibi bona gl. in. l. j. ponens aliquos casus fallētiales vna cum regula plus valere ⁊c. ⁊ ibi per Bar.

Summariū.

SVMMARIVM

1 Electio clãdestina eẽ nõ dʒ, sed facta solẽniter pronunciari dʒ.
2 Electio occulta, seu clandestina que dicatur.
Collatio clandestina beneficij suspecta est, sed valida.
3 Capitula penalia non sunt extendenda.
Publicatio duplex in quibus fiat electionibus.
4 Publicatio electionis per quem fiat non curatur.
Publicatio electionis quo loco ⁊ forma fieri debeat.

¶ Capitulum. xxxvij. tertie partis.

1 Decimũ Septimũ †substãtiale electionis per scrutiniũ est, vt facta. d. electione ipsa publicet̃ solẽniter, nõ. n. dʒ eẽ clãdestina text. in. c. qa. §. electiones, de elec. ⁊ ibi Inno. Io. an. ⁊ Panor. nã clandestina electio est ipso iure nulla, bonus tex. in. d. §. electiones, q reprobat tales electiones, ergo inducit̃ nullitas ipso iure, vt in regula que ꝯ ius, de reg. iur. lib. vj. ⁊. l. nõ dubiũ. C. de leg. cũ si. ⁊ qd electiones clãdestine nõ valeant, hoc tʒ gl. sup v̾bo, occulta, in. c. vnico, vt ecclesiastica bñficia sine dimi. ꝯfe. ⁊ ibi Io. an. ⁊ 2 panor. †dr̃ aũt occulta seu clãdestina electio, hʒ Cõpo. de q̃ capi. ordinauit, vt eẽt clãdestina, ⁊ qd nihil de ea ab electoribus diceretur, sic ẽt, tenẽt Inn. Io. an. ⁊ panor. in. d. c. qr, in fin. col. Et q̃uis electio clãdestina nõ teneat, tñ collatio bñficij clãdestina, lʒ sit suspecta, tʒ, pro hoc ẽ tex. sing. in. c. vnico, vt eccl. bñficia. sine dimi. ꝯfe. ⁊ ibi Io. an. ⁊ panor. ⁊ illũ tex. ad hoc sing. reputat panor. in. d. c. qr, col. fi. de elec. Et idẽ posset dici de electionibus in qbus si requirit̃ solẽnitas, de qua in. d. c. qr pp, vcʒ, vt si tales electiones sint clãdestine, ⁊ si sint suspecte, tñ nõ sunt nulle, imo tenẽt sicut supradcm̃ est de collatione, ita tʒ panor. in. d. c. qr, col. fi. ⁊ idẽ pan. in. c. vnico, vt eccle. bñfi. sine dimi. ꝯfe. in gl. posita sup v̾bo, occulta, col. pe. †qr cũ illud. c. qr. sit penale ꝑ eo, qr inducit penã retra 3 ctationis, ⁊ idẽ. c. intelligatur in electionibus in ecclesiaꝝ cathedraliũ ⁊ regulariũ collegiatarũ, nõ dʒ extẽdi ad alias electiones ex quo de ipsis ius nõ est expressũ, sic tʒ panor. in. d. c. vnico. col. pe. nã odia restringi, fauores vero ampliari ꝯuenit. l. cũ qdã. ff. de lib. ⁊ posth. cũ si. Et no. ꝙ in electionibus, in qbus reqrit̃ solẽnitas dicti. c. qr, fit duplex publicatio, vna ẽ qñ scrutiniũ ẽ pfectũ, i qua publicant̃ in. c. vota singuloꝝ in scriptis redacta ꝑ scrutatores, aut notariũ, seu notarios, de qua votoꝝ publicatione satis ẽ dcm̃ in. ix. ⁊. x. substãtiali, est ⁊ alia publicatio de qua hic loquor, ⁊ fit. d. publica. clero ⁊ populo post electionẽ celebratã, nec refert 4 †ꝑ quẽ hmõi publicatio fiat, cũ publicatio nõ sit de substantia, ⁊ sufficiat qd electio nõ sit clãdestina, ita tʒ Inn. ⁊ Io. an. in. d. c. qr, ita tʒ Spec. ti. de elec. §. j. col. vij. ver. ꝯiter aũt ꝯueniẽte populo. Host. vero tenuit qd si publicatio omittat̃, ⁊ nõ fiat cã nocẽdi electo, tũc talis omissio nõ vitiat electionẽ, arg. c. publicatio, de elec. q̃ opinio vr̃ ꝓbabilis. panor. in. d. c. qr, col. fi. ꝑ hoc arg. in. c. nobis, ⁊ in. c. sicut, de simo. fiet aũt hec publicatio in lo. publ. pulsatis cãpanis, ⁊ dicet ille, q electionẽ publicabit. Cũ vacã. eccle. N. ꝑ obitũ bone memorie. N. ⁊c. recitabit̃ ꝓcessus electionis, sicut s. dixi in. xiij. substãtiali, deinde dicet publicans q̃ electionẽ vobis denũcio, ⁊ in pñtia oiuʒ dico solẽniter publi. hec publ. forma hr̃ ex Spe. in ti. de elec. d. §. j. col. vij. ver. ꝯiter aũt ꝯueniẽte populo ad pulsationẽ cãpanarũ, de hac publicatione vide Mãdago. in prima parte. c. xxxv. ⁊ in. ij. parte. c. lix. forma septima.

SVMMARIVM.

1 Ordo in electione est seruandus.
Ordo attendi debet in electionis confirmatione.
2 Ordo ꝓductionis qs sit, qs ordo tꝑis ⁊ qs scripture ordo.
Ordinis omissio quando vitiet actum.
3 Cognitio cause transactionẽ super alimentis debet precedere.
4 Ordo est vniuscuiusqʒ rei agẽde modus, q̃ omissio nõ vʒ qd agit̃.
Substãtialia electionis scrutiniane quot reperiantur hodie.
5 Electio de mendicantibus ad prelaturas extra suum ordinẽʒ fieri debet in concordia.
Mendicantes absqʒ dispensatione extra suum ordinem eligi nõ possunt.
6 Religiosus non mendicans nõ potest eligi in prelatum nisi a parte maiori numero.
7 Voces de facto in monialium electione attendi debent, nec sufficit fictio iuris.
8 Voces in electione religiosorum ⁊ religiosarum, que de iure non valent, computantur.

¶ Capitulum. xxxviij. tertie partis.

1 Decimũoctauũ †Substãtiale electionis scrutiniane est, vt premissoꝝ ordo seruet̃, nec fiat ꝑposteratio, sic tenent Io. an. ⁊ panor. in. d. c. qr pp. Ioã. an. col. v. ⁊ panor. col. vj. nõ. n. eẽt ꝯueniẽs, vt prius fieret publicatio q̃ electio, nec vt prius fieret votoꝝ inquisitio, q̃ scrutatores eẽnt electi. ⁊ sic de singulis, quare ordo dʒ obseruari, ⁊ in electione ꝑ scrutiniũ attendi, attenditur ẽt ordo in ꝯfirmatione, vt. s. prius fiat inquisitio de processu electionis, ⁊ de meritis, ⁊ dignitate vel indignitate ipsi⁹ electi ꝑ ipm̃ ꝯfirmatorẽ, q̃ electus ꝯfirmetur, alias ꝯfirmatio nõ teneret. c. prouida. ⁊. c. fi. de elec. in. vj. ⁊ ibi Do. ⁊ Phil. franc. in gl. posita in v̾bo, inanes, ⁊ quod precedere debeat inquisito d̾ electionis ꝓcessu, ⁊ meritis electi. ita est tex. in. c. nihil est, tit. de elec. bene facit tex. in. c. postq̃, eo. ti. de electio. tex. in pragmati. de electione. §. facta autẽ, ⁊ hoc hr̃ ex Pauli doctrina, prie ad Timotheũ. v. vbi manus cito nemini imposueris. ¶ Circa aũt materiã ordinis, vide Bar. in. l. moribus. in. §. prius, col. ij. de vulg. ⁊ pu 2 pil. substi. ff. vbi triplicẽ ponit ordinẽ. s. †ordinẽ rei quo ad hoc qd aliqua res in eẽ producat̃, vt dr̃ in snĩa, q̃ dʒ ferri ꝑcedẽte libello, ⁊ litis cõtestatione. Itẽ testiũ dʒ hr̃e certũ numerũ testiũ, instõnẽ hr̃dũ, ⁊ similia, de hoc ordine ꝯstat, qd qlibet res dʒ hr̃e in se ordinẽ ꝓductionis, vt in auct. de heredi. ⁊ fal. coll. j. §. inordinatũ aũs incipit. §. si qs aũt. Scõs ordo est tꝑis vnius rei ad aliã, vtputa qr vna res tꝑe aliã ꝑcedit. Tertius aũt ordo est scripture, seu locutionis. Et nota ꝙ qñqʒ ordo est necessitatis, qñqʒ volũtatis, et aliqñ dubitat̃ an ordo sit necessitatis vel voluntatis, qñ ordo est necessitatis, eius omissio vitiat actũ, vt dicimus in snĩa, que ẽ nulla, si ea q̃ sunt de ordine iudiciario, omittant̃, aut si fiat preposteratio, vt in. l. prolatã. C. de sentẽtijs ⁊ interlo. om. iud. ⁊ ibi bona gl. q̃ sint ordinis iudiciarij. sic ẽt dicim⁹ in electiõe ordinẽ eẽ necessitatis, q si omittat̃ electio nõ tʒ, vt. s. dixi, qñqʒ vo ẽ ordo volũtatis, aut dubitat̃, an sit volũtatis, si sit modici p̾iudicij, tũc reputat̃ volũtatis, vt eo cãu ei⁹ omissio nõ vitiat actũ. l. j. in fi. ff. d̾ vẽtre inspi. vero omissio ordinis eẽt magni preiudicij, tũc reputaret̃ necessarius ordo, ⁊ ꝑ ꝯñs vitiaret actũ eius omissio, vt in. l. cũ hi. §. si pre 3 tor. ff. de trãsac. †vbi ante trãsactionẽ sup alimẽtis dʒ ꝑcedere cãe cognitio, qd si nõ fiat trãsactio, nõ tenebit, ⁊ sic vides q̃liter ordinis omissio vitiat actũ, ⁊ qñqʒ ipso iure, qñqʒ aũt facto iudicis, ꝑ quo vide Bar. in. d. §. prius. ¶ De ordine tꝑis, ⁊ de ordine scripture vel locutionis ꝓsequere, put Bar. ꝓsequit̃ in. d. §. prius, ⁊ de materia ordinis, vide Io. an. ⁊ panor. in. c. cũ dilecta, de rescr. ⁊ lõge plenius q̃ ꝑ quẽuis aliũ videas materiaʒ ordinis, aut remissiue, aut d̾terminatiue tractatã p. d. Fel. in. d. c. cũ dilecta, col. iij. iiij. ⁊. v. vbi ponit regulã, qd ordo sit attẽdẽdus, ꝑ q̃ regulã ponit multas decisiones ⁊ illationes, ⁊ qnqʒ declarationes, q̃s nor. 4 qm̃ in materia testãria facient tibi honorẽ. †Et adde, qd ordo est modus cuiusqʒ rei agẽde, quo ꝑtermisso nil rite geritur. ff. de re iudi. l. si cũ nulla. ⁊. C. de sen. ⁊ interloc. om. iud. l. platã. ⁊. c. cũ dilecta, de re resc. ⁊. c. pisanis, de resti. spo. Et sic hẽs ex ꝑmissis decẽ, ⁊ octo substãtialia electionis ꝑ scrutiniũ, qbus hodie sunt addita tria ꝑ ꝯciliũ Basilianũ. s. misse. s. Spiritus auditio, sacrosan. corporis xp̃i susceptio, ⁊ iurisiurãdi p̾statio, vt hẽs in ti. de elec. in pragmati. §. ⁊ cũ humane, ⁊ ꝑ ꝯñs sunt hodie vnũ ⁊ viginti substãtialia electionis ꝑ scrutiniũ, ⁊ sic talia reputant̃ substãtialia, vt si vnũ eoꝝ defuerit, electio sit nulla, vt est tex. in pragma. tit. d̾ electio. §. deinde eligant, ver. qd si aliter, ⁊ de alia ꝑsona ꝓbãt hoc ẽt iura, q̃ adduxi in vnoquoqʒ substãtiali materiã declarãdo, ⁊ rõ eẽ põt, qr qñcũqʒ plura requirunt̃ ad substãtiã alicuius act⁹, vnius omissio reddit actũ inualidũ, text. in. l. si vnus. C. de testa. de hoc 5 Pet. de ancb. in. c. si confirmationẽ, de elec. lib. vj. ¶ †Itẽ pt addi pro substãtiali in mẽdicãtibus, qui eligunt̃, vt si ipsi eligant̃ ad prelaturas extra suũ ordinẽ, qd electio eoꝝ fiat in ꝯcordia, nã si eẽt facta in discordia, talis electio eẽt nulla, ⁊ mẽdicãti in discordia electo nullũ ius acquiritur, de hoc est tex. ⁊ ibi Do. ⁊ Phil. fran. in. c. quorũdã oculos, de elec. in. vj. ¶ Et hodie nullus mẽdicãs põt assumi ad aliq̃ dignitatẽ extra suũ ordinẽ sine licentia pape. Ita tʒ dictus do. Phili. in. d. c. quorundam, colum. j. post Lap. ⁊ ad hoc allegat extrauagan. Ioan. xxij. incipientẽ, secundum quod ipse allegat calumnijs, verum non incipit, calumnijs, sed incipit, dispendijs, ⁊ sic est vitium in scriptura, illa ramen extrauag. non sic loquit̃ clare, sicut facit ipse do. Phil. ⁊ sic habes in electione mendicãtis, que fit ꝑ scrutinium si eligatur ad platuram, puta cathedralem vel regularẽ esse de substantia, seu substã 6 tialia vigiriduo. ¶ †Adijcias quoqʒ, quod si eligatur religiosus non mendicans ad quaslibet prelaturas etiam sui ordinis, requiritur quod eligatur a maiori parte numero, qui numerus ꝯsistat

In facto, nec sufficeret qd talis religiosus haberet maiorē numerū iuris fictione, nec ēt sufficit pro validitate electionis mēdicantis, vt iuris fictione sit in concordia electus, vtputa si sint decē canonici seu alij electores, quorū duo sint suspēsi, sic qd eligere nō valeāt, si ctione iuris totū capitu. seu eius ptās cōsistit in octo, si mēdicans eligatur ab octo, illa iuris fictio eū nō iuuat, nec ēt satis ē religioso alterius professionis a mēdicātib⁹, vt si sint decē eligētes, quorū sex sint pari forma suspēsi, nec eligere possint, cū'uis iuris fictione numer⁹ maior, imo tota ptās capitularis dicat in quatuor eē nihilominus tñ si eligat ipse religiosus a quatuor eius electio cassabit, qr in vtroqz casu factū magis cōsiderat, q̄ iuris fictio. pro hoc vide plene Domi. Pet. de anch. Imo. ꝛ Phil. fran. in. d. c. quorūdā, de elec. in. vj. ꝛ Car. flo. in. c. qd circa, eo. ti. de elec. i cle. ¶ De forma aūt que dz obseruari in electio. Abbatissarū, ꝛ priorissarū, satis eā hēs discussā in. c. indemnitatibus, de elec. in. vj. ꝛ ibi p Archi. Jo. Do. Phi. fran. quare nō attingo, ad vnū tñ aduertas. qd quēadmodū. s. dixi in electione mēdicātiū ad prelaturas extra suum ordinē requiritur concordia eligētiū ipso facto, nec sufficeret iuris fictione concordiā eē, ꝛ idē dixi de alijs religiosis, q eligunt ad quaslibet prelaturas respectu maioris partis. † sic ēt i electione monialiū cōsiderant voces de facto, nec sufficeret iuris fictio, qd optime declarat Domi. in. d. c. indēnitatibus, dicēs qd quedā sunt, q nūq̄ habuerūt vocē in. c. sicut nō pfessi, ipuberes, ꝛ nō cōstituti in sacris, ꝛ mēdicātes, qui ad religionē nō mēdicātiū trāsiuerūt, de qbus hr in cle. vt pfessores, de regu. ꝛ isti oēs nō cōputātur in numero in monasterijs virorū, nec feminarū, ꝛ ad tales null⁹ hr respectus, sed hñt, ac si nō eēnt de collegio, qdā aūt sunt, q hñt vocē in habitu, sed nō in actu pp iuris phibitionē, vt sunt excōicati, interdicti, suspēsi, ꝛ similes ꝛ q̄uis vox taliū nō cōputetur in electione seculariū, cōputatur tñ in electione religiosorū, ꝛ religiosarū mō ꝛ forma supradictis in. §. † Itē pōt addi pro substātiali, ꝛ sic quo ad religiosos, ꝛ quo ad religiosas cōputant voces eorū, q voces de iure nō valent, ꝛ hoc est speciale in religiosis, pro quo vide Cardi. in. d. cle. quod circa. videas quoqz Joan. an. Domi. ꝛ Phil. fran. qui in. d. c. indēnitatibus, ponunt vndecim specialia in electione Abbatissarum ꝛ priorissarum.

SVMMARIVM

1 Forma. c. quia propter, ꝛ concilij Basiliensis in quibus debeat electionibus obseruari.
2 Forma in. c. quia propter, notata nō seruat in dignitatibus post pontificalem.
3 Cōsensus solus sufficit in electionibus canonicorū ad prebēdas.

¶ Capitulum. xxxix. tertie partis.

1 a Duertas † Quoqz, q ea q̄ superius dicta fuere, que tāq̄ substātialia debēt obseruari in electionibus. s. decē ꝛ octo, q̄ ponunt cōiter p doctores i. d. c. qr pp, ꝛ tria que ponunt p cōciliū Basileū, ꝛ sic sunt viginti, ꝛ vnū substantiale, que viginti ꝛ vnum substātiale nō sunt de necessitate obseruāda in electione oium dignitatū ecclesiasticarū, sed precise i dignitatib⁹ cathedralib⁹, quales sunt episcopales, archiepales, ꝛ supiores vsqz ad papatū exclusiue, nā de papatu sunt iura specialia, vt. s. dixi in princ. ¶ Itē ēt predicta, substātialia, ꝛ prefata forma debēt obseruari in oibus dignitatibus ecclesiarū collegiatarū, quarū prelati habēt gñalē iurisditionē in ecclesijs collegiatis, ꝛ sic dicta forma erit obseruāda in dignitatibus abbatialibus, cū prelati earū habeāt gñalē iurisditionē ꝛ in ciuilibus, ꝛ in criminalibus. p hoc vide gl. in verbo, viduatis, in. c. qr pp, ꝛ ista sunt de mēte Jo. and. in. d. c. qr, col. pen. ꝛ Panor. col. y. ꝛ. iij. eodē. c. ꝛ Mādag. in. j. pte. c. xxj. q̄uis nō ita specifice fuerint locuti, Inno. dōt in. j. col. dicti. c. qr pp. d. c. seu formā eius habere tm̄ locū in ecclesijs cathedralibus ꝛ regularibus, argu. c. ne pro defectu, fm opinionē aliquorū. ¶ † Ex supra- 2 dictis inferas, qd. d. forma nō est necessaria in electionibus aliorū bñficiorū, seu prelatorū a supradictis, ꝛ sic in dignitatibus post pōtificalē, ꝛ in canonijs, seu prebēdis, q̄ solent cōferri p electionē, nō est necesse seruare predictā formā, sed satis est vt in talibus qs eligatur a maiori ꝛ a saniori pte. c. pro quo gl. in. c. sicut, de elect. in lib. vj. in verbo, formā, ꝛ ibi Jo. an. Do. ꝛ Phil. fran. sic tz Panor. in. d. c. qr pp, col. iy. hoc tñ intellige, nisi hoc hrēt cōsuetudo, nā si cōsuetudo hrēt qd in dignitatibus inferioribus, q̄ sunt in ecclesijs cathedralibus. d. forma. c. qr pp, deberet obseruari, tūc talis cōsuetudo foret obseruāda, ꝛ p cōns eēt pcedēdū ad electionē in talibus dignitatibus obseruatis his, q̄ ponunt in. d. c. qr pp, p q facit. c. deliberatiōe, de offi. leg. ꝛ ita tz Jo. an. in. d. c. qr, col. pe. ꝛ Mādago. in. j. pte. c. xj. Spe. in titu. de electio. §. nūc nobis, ꝟ. vlti. nota. † dicit qd in electionibus canonicorū ad pbēdas nō est 3 necessaria forma, sed sufficit solus cōsensus. c. ex parte. de cōcessio. prebē. vel eccle. nō vacā. sic tz Do. post Jmol. in. c. c. si quis iusto. col. ij. de elect. in. vj. ꝛ sic vides in quibus dignitatibus debeat obseruari illa substantialia, que superius adduxi.

SVMMARIVM

1 Procuratores communiter ad eligēdū non admittendi, nisi electores sint impediti.
Industria persone censetur electa in electione.
2 Procurator cōstitui dz ad eligēdū qui sit de collegio eligentium.
Procuratores non impeditorum si velint electores admittuntur ad eligendum.
3 Gesta per procuratorem mortui electoris quando valeant.
Procuratores ad eligendum constituentes iurare debent, confiteri ꝛ communicare.

¶ Capitulum. xl. tertie partis.

1 a Naūt † In electione dignitatū inferiorū, ꝛ eorū beneficiorū electiuorū, in quibus de necessitate nō est seruāda forma. c. qr pp, possint eligentes constituere procuratores. panor. tz qd nō, nisi eligentes sint impediti, ꝛ hoc habere verū dicit panor. in qualibet elec. ꝛ ita tz expresse in. c. cōstitutus, de appel. col. ij. ꝛ in. d. c. qr pp. §. illud, ꝛ rō est fm eundē panor. in. d. §. illud, qr in electione vr electa psone industria, ar. c. is cui, de offi. deleg. in. vj. quare alij nō pt cōmitti, nisi in casu. d. §. illud, in quo. §. ponunt quatuor, que requirunt ad cōstituendū procur. in electionibus. s. requiritur absentia cōstituentiū procuratores, nō presentes nō pñt cōstituere procura- 2 torē, ꝛ qd sint in loco vnde debent vocari. † Itē requiritur, qd ille cōstituatur procurator, qui sit de collegio eligentiū pp rationē, q̄ ponit panor. in. c. cōstitutus, de appel. col. ij. ver. nunquid aūt. Tertio requiritur qd electores sint impediti iusto impedimēto, Quarto requiritur, quod si opus sit, faciant fidē de impedimēto. Qualiter aūt istud fiat, vide Mādag. in. c. xj. prime partis, ꝛ ibi ō materia p eū in. c. xij. xiij. ꝛ. xiiij. ꝛ. xv. instrm pcurationis dz inseri in processu electionis, formā procuratorij habes p Mādago. in. ij. parte. c. lix. forma. vj. Circa multa dubia que occurrere pñt i hac materia circa procuratores ad eligēdum constitutos, vide Inno. Jo. an. ꝛ panor. in. d. c. qr. §. illud. de elec. ꝛ Jo. an. Archi. Dom. ꝛ Phil. fran. in. c. si quis iusto. Jo. an. in. d. §. illud, ponit causam illius cōstitutionis de non admittendo passim pcuratores in actu electionis, quē ibi vide, possunt tñ eligentes nō obstāte dicta cōstitutione admittere pcuratores nō impeditorū, ꝛ ēt procuratores extraneos, vt no. panor. in. d. §. illud. qr cum fauore ipsorū sit introductum, poterunt illi fauori renunciare, ꝛ ita tz etiam Phili. 3 fran. in. d. c. si quis iusto, col. j. ¶ † Et no. q si constituatur pcurator ad eligēdum, ꝛ cōstituens moriatur ante electionē perfectam, ipsa electio perficiatur post mortē cōstituentis, anteq̄ eius mors sciatur, tenent gesta per procuratorē mortui electoris, ita tz Cōpostel. ꝛ Jo. an. post eum in. d. c. qr pp, col. x. p quo allega. l. eius q in prouincia. ff. si cer. peta. Hoc etiā tz Phil. in. d. c. si quis iusto, in fi. col. per. l. procuratorem. ff. de procur. Deinde nota qd cōstituentes procuratores ad eligendum certā personā debent prestare iuramentū, confiteri, ꝛ cōicare, necnon ꝛ procuratores gñales ad eligendum constituti in casibus, in quibus fz iuris cōis dispositionem in electionis negotio procurator cōstituti potest, tex. in pragmatica. ti. de electio. §. idemqz iuramentum.

SVMMARIVM

1 Processus electionis qualiter cōfici debeat, ꝛ que in eo inserant.
2 Forma qualis sit processus electionis.
Decretum electionis quid sit.
3 Decretum electionis qua forma conficiatur remissiue.
4 Sigillum capituli non necessario apponitur ad decretum electionis per publicam personam confectum.
Auctoritas notarij sufficit ad valorem instrumenti, in casu perditi sigilli

¶ Capitulum. xlj. tertie partis.

1 p Erfecta † Electione ꝛ ea publicata, aduertant bene notarij electi ad scribēdū, vt hi faciāt pcessuz ipsius electionis, i quo pcessu dñt iseri citatiōes, ꝛ edicta cū relatiōibus. Itē instrumenta

mēta ꝓcuratoria, ꝛ oīa sigillatiȝ debēt apponi ꝑ ordinem, q̄ gestā fuere circa actū electionis, nec omittāt aliqđ ex substātialibus, nā alias ꝛ si oīa que sunt de necessitate fuissent obseruata, si de ipsis nō ꝯstaret, nō posset electus vigore ꝓcessus ꝯsequi possessionē corā iudice laico, si cā corā eo agitetur, nec corā ecclesiastico possessoriū, ꝯfirmationē, nec petitoriū, cū corā eis ante adiudicationem possessorij ꝛ petitorij, atqȝ ante electionis ꝯfirmationē inspiciatur principaliter, an ea fuerit obseruata, que tāq̄ substātialia sunt cōstituta in electiōibus tā ſm sacros canones, q̄ ħȝ dispōnēȝ ꝯcilij. 2 basilei. † formā ꝯficiēdi processu cū ꝓcedit ꝑ viā cōpromissi, ispirationis vel scrutinij hēs ꝑ Mādago. in. ij. pte. c. lxix. forma. viij. ix. ꝛ. x. hēs quoqȝ de mō dicti ꝓcessus electionis in Spe. in tit. de elec. §. j. col. x. versi. oliȝ. ex qbus mutatis mutādis poteris ꝯficere dictū ꝓcessuȝ. Aduerte tñ, q̄ dicti doc. nullā faciunt mētionē de substātialibus additis ꝑ dictū ꝯciliū Basileū, quare ꝓuidēdū ē, vt illa sicut ꝛ reliqua inserant̄ electionis ꝓcessu. ¶ Solet quoqȝ fieri decretū electionis, ꝛ hoc casu decretū accipitur ꝓ scriptura ꝯtinēte seriē electionis a principio vsqȝ ad finē, đ quo hēs ꝑ Car. flo. in cle. j. de iureiur. §. nos itaqȝ, versi. xiij. no. vbi dicit decretuȝ nō eē de substātia electionis, de hoc ēt electionis decreto, hēs in. c. eps. lxj. dist. in gl. posita sup verbo, subscriptionibus, hēs quoqȝ gl. in. c. innotuit, de elec. ꝛ ibi tex. vbi multas poteris videre qōnes circa decretū electionis, ꝑ Jo. an. Inno. ꝛ Panor. post Cōpostel. do. Ant. ꝛ Hostiē. q optime ibidē examināt materiā circa 3 electionis decretū. † De mō aūt ꝯficiēdi dictū decretū, vide Mādag. in pte. ij. c. lxix. in forma. xiiij. ꝛ forma. xv. ꝛ. xvj. videas q̄qȝ Spe. in. tit. de elec. §. j. col. vij. viij. ꝛ. ix. ꝛ ne obliuiscaris apponere in decreto qualiter in electione fuere obseruata ꝯstituta ꝑ ꝯciliū Basiliense, sicut dixi in ꝓcessu debere ꝯtineri, de qbus prefati docto. nihil dñt, cū eoꝝ tpe nōdū fuissent illa ordinata. Et aduertat̄, ne sit aliqua repugnātia, seu ꝯrietas inter ꝓcessuȝ electionis ꝛ eius decretū, nā vnū alteri fidē abrogaret, electoqȝ plurimū obes 4 set. c. ipurari, de fid. instru. ꝛ. l. scripture diuerse. C. eod. ti. ¶ † Ad vnū singulare aduertas, qđ si decretū fuerit ꝯfectū ꝑ ꝑsonā publicā, nō est de necessitate, qđ apponatur sigillū capituli, q̄ tūc facit fidē sine alio adminiculo, cū sit scriptura publica, secus si nō esset factū dictū decretū manu publica. ꝓ hoc facit dictū singulare Inno. semp mēti tenēdū in. c. inter dilectos, de fide instru. col. ij. q dt qđ si instrm̄, seu priuilegiū ꝯfectū manu publica habeat sigillū appēsuȝ, lȝ pdatur sigillū seu destruat̄, nō ꝑ hoc destruit̄ fides instrī, seu priuilegij, quia sufficit auctoritas notarij. hoc dictū sing. reputat panor. in. d. c. innotuit, col. penul. de electio. pro quo vide Fel. in. d. c. inter dilectos, qui optime materiā discutit.

SVMMARIVM.

1 Electores ad electionē procedere debent intra tres menses.
2 Ecclesie iurisditionem generalem habenti intra tres menses est prouidendum.
3 Tempus electionis ab initio est vtile ꝛ continuum.
4 Consensus electi qualiter requiratur, ꝛ intra quod tempus prestari debeat.
5 Electo consensum absqȝ superioris licentia prestare non valente, quid electores debeant facere.
6 Electus non statim suum solet prebere assensum.
Electus qualiter se habere debeat dum eius petitur consensus.
7 Cōsensus eligēdi, seu voluntas ante electionē licite exquiri pōt.
8 Electus suū pbēs assensuȝ qualē premittere debeat ꝓtestationeȝ.
Electus dignum se sciens ꝛ idoneū mortaliter peccat dignitatem sibi oblatam refutans.

¶ Capitulum. xlij. tertie partis.

1 ELectione † Igitur facta, que fieri dȝ intra tres mēses in ecclesijs regularibus, ꝛ cathedralibus. c. ne ꝓ defectu, de ele. de hoc dixi. s̄. in. xxj. resitoq̄ q̄ ad eligētes, ꝛ itellige in ecclesijs cathedralib⁹ respectu principalis plati. s. epi, nō eni hoc hȝ locū in dignitatib⁹, seu canonica. ꝛ alijs bñficijs in ecclesijs cathedralibus sitis, in illis. n. datur semestre ad eligēdū, seu ꝓuidēdū. c. ij. de ꝯces. prebē. vel eccle. nō vacā. Inn. Jo. an. ꝛ Panor. in. d. c. ne pro defectu. Inn. in col. ij. Jo. an. in col. j. ꝛ panor. col. iij. in eo. c. ne. in regularib⁹ āt dȝ intelligi in qbuscūqȝ platis regularibus pricipalibus ecclesiaꝝ regulariū quocūqȝ nomine nūcupentur siue abbates, siue priores, siue ppositi, aut archipresbiter ... intelligunt illū tex. ne ꝓ defectu Inn. Jo. an. ꝛ Panor. ibidē, ꝛ queadmodū diximus illū tex. c. ne ꝓ defectu, nō hēre locū quo ad tres mēses, intra quos dȝ prouideri ecclesie vacāti i dignitatibus inferioribus, ꝛ canonijs in eccle. cathedr. sitis. Sic ēt nō hȝ locū in prioritatibus, ꝛ officijs, q̄ sunt in monasterio post primā dignitatē, nā cū tales nō hēant principalē curā. non iminet tñ periculū in eoꝝ vacatione, sicut i vacatione dignitatū epaliū, ꝛ abbatialiū, ꝛ superioꝝ, quare in illis habebit locū semestre, de quo in. c. ij. de ꝯces. pb. vel eccl. nō vacā. sic intelligunt ꝛ decla- 2 rāt pfati doc. Inn. Jo. an. ꝛ Panor. in. d. c. ne ꝓ defectu. ¶ † Ad vnū aduertas, qđ si de iure speciali platus eccle. collegiate, lȝ secularis haberet iurisditionē ꝯnalē, sicut abbas in monasterio, tūc tali eccle. vacan. eēt ꝓuidēdū intra tres mēses, hoc tȝ panor. in. d. c. ne ꝓ defectu, in col. iij. ꝓ quo videas qđ. s̄. dixi i hac pte post substātialia in. c. aduertas quoqȝ, hoc notabis, q̄ Mādag. in. c. j. in pria pte, hoc nō attingit. ¶ Et ꝓcedit dictū. c. ne ꝓ defectu, siue electio ptineat ad collegiū, siue de iure speciali ad aliquē superiorē puta abbatē vel aliū, qđ fieri pōt, vt. s̄. dixi in. ij. requisito, quo ad eligētes in. j. pte, ita qđ si intra tres mēses nō fiat electio, dū tñ tractet̄ de plato ppetuo, fiet deuolutio ad supiorē, Inn. Jo. an. ꝛ 3 panor. vbi. s̄. ¶ † Qualiter istud tps ab initio est vtile, q̄ ignorātibus nō currit nec ipeditis, vt dixi in. xxj. reqsito, quo ad eligētes, ꝛ est ꝯtinuū, q̄ in eo dies feriati ꝯputant̄, vide Mādag. in. j. pte. c. ij. ꝛ. c. iij. ꝛ gl. in verbo, intra sex. ꝛ ibi Jo. an. ꝛ panor. in. c. nulla de ꝯces. pbē. vel eccl. nō vacā. ¶ Postq̄ ergo electio fuerit celebrata ꝛ publicata dȝ ipsi electo pñtari q̄ cito cōmode fieri poterit, siue fuerit electio facta de prelato eccl. cathedr. siue regularis, siue de inferioribus platis. c. q̄ sit de elec. in. vj. iuncto. §. ceteꝝ, i. c. cupiētes, eo. ti. nā dicti tex. ſm Jo. an. Do. ꝛ Phi. fran. intelligunt̄ de quacūqȝ electione, que est ꝯfirmāda pp verba ꝯnalia ibidē posita. Pena aūt q̄ ponit̄ i. d. §. ceteꝝ, ꝯ electores, q itra. viij. dies electiones, nō pñtant, postq̄ cōmode pñt, hȝ locū precise in electionibus ecclesiaꝝ cathedraliū ꝛ regulariū, ħȝ Jo. an. in. d. §. ceterū, ꝛ ſm Do. Pet. de anch. Lap. ꝛ Phil. fran. in. d. c. q̄ sit, de elec. in. vj. formā ꝓcuratorij ꝯficiēdi ad pñtādū electionē electo, ꝛ ad illius assensuȝ reqrendū, hēs ꝑ Mādago. in parte. ij. c. 4 lix. forma. xj. ꝛ. xij. † qua pñtatione electionis facta ipsi electo, ꝛ eius ꝯsensu petito dȝ electus intra mēseȝ a tpe pñtationis sibi facte de dicta electione suū prestare ꝯsensuȝ. qđ si nō fecerit priuat⁹ est eoipso iure, qđ sibi ex. d. electione ꝯpetebat, dūmō fuerit sui iuris, hoc est, qđ fuerit ea q̄litate qđ nō teneat̄ a supiore petere licētiā ad ꝯsentiēdū, nec alias fuerit legitime ipeditus tex. ꝛ ibi gl. in verbo, distulerit. Do. Jo. an. Archi. Phil. Frā. in. c. q̄ sit, đ elec. in. vj. nā ipeditus nō dr̄ diferre, nec ei currit tps, ēt si iponatur pena priuationis ipso iure ꝑ lapsuȝ tporis, qđ est notabile ꝓ executoribus testoꝝ, ꝛ ꝑ alijs multis, vide dictos doct. ad hoc in. d. c. q̄ sit. §. electus, quot aūt dies habeat mēses, vide ibi gl. in verbo, mēseȝ, ꝛ ibi ꝑ pdictos doc. ꝛ ꝑ Bal. ꝛ Jmo. in. l. đ diuisione. ff. solu. matri. eūdē Bal. ēt videas in. l. eos. §. finautem. C. de appella. colum. ij. ꝛ. iij. ꝛ in aucten. qui semel. C. quomodo, ꝛ quando in- 5 dex, col. fi. ꝛ Bar. in. l. cū bisextus. ff. de verb. sig. † Si vero talis electus nō possit ꝯsentire sine licētia supioris, puta q̄ religiosus, ꝛ eligitur ad prelaturas extra suū monasteriū, vt hr̄ in. c. si religiosus, de elec. in. vj. vel q̄ papa ꝓhibuit forte cā subsistēte, pro quo gl. in verbo, ꝯditio, in. d. c. q̄ sit. tūc eo casu electus, seu electores studere debēt ꝛ laborare, vt dictā licētiā obtineant, q̄ citius fieri possit inspecta pñtia, seu distātia loci, vbi tūc superior vitā egerit, q̄ oīa cōmittitur arbitrio boni viri, hoc est ꝯfirmatoris, vt. s̄. dixi in. xiiij. substātiali. qua licētia obtēta dict⁹ electus habebit adhuc mēseȝ ad ꝯsentiēdū, q̄ cū ante licētiā ꝯcessaȝ ipse eēt ipeditus, ei impedito nō dȝ currere tps, de hoc gl. in verbo, ꝯdō. q̄ sequunt̄ 6 Jo. mona. Archi. Jo. an. ꝛ Do. in. d. c. q̄ sit. † Presentata electione electo, nō solet electus, q̄uis hoc possit, statim ꝯsentire, ne notet̄ ambitione, sed aliquādiu differre suū pstare assensuȝ, nā nō ambiētes, neqȝ sese offerētes, sed fugiētes, ꝛ inuiti debent eligi. c. in scripturis. viij. q. j. nisi timeretur, ne qs pernitiosus se ingereret nā tūc potest statim dicere, charitas me cogit ad ꝯsentiendū, argu. c. sciendū, ꝛ. c. qui episcopatū. viij. q. j. Inno. in. c. cum in iure, col. ij. de elec. panor. in. c. cū post petitā, col. ij. ꝛ. iij. eo. ti. de elect. ¶ Qualiter autem se habere debeat ille a quo petitur ꝯsensus ꝓ electione, dic post Inno. in. d. c. cum iure, in col. ij. ꝛ Panor. in. c. cum post petitam, col. ij. ꝛ. iij. quia aut petitur ꝯsensus ante electionem factam, ꝛ tunc non debet eligendus consentire, quia postea posset cassari eius electio ratione ambitionis. d. c. cum post iuncta glo. in verbo, requisitum, ħȝ debet rñdere, nolo qđ me eligatis, ꝛ ita rogo, potest etiam dicere, nō est mei propositi Dei vocationi resistere, argu. xix. q. ij. c. due. ꝛ sic potest indirecte declarare

7 voluntatem suá. †Et est qñqз vtile requirere voluntatē eligendi anteqз eligatur, ne si ɔtingeret eligendū electionem renuere, ꝛ illi nolle ɔsentire ipsa dignitas vilipendaꝛ, ꝛ ecclesie prouisio differatur. Inno. ꝛ Panoꝛ. in d. c. cū post. Si vero petatur ɔsensus pᵒ electionē, potest electus ɔsentire statī, vt dixi. honestius tñ faciet vt dñt dicti doc. si paululū differat suū pstare ɔsensuз, ne ābitione notetur, ꝛ ɔsentiendo dicere poterit nolens volo, ꝛ volo nolens, glo. in c. in scripturis in gl. posita in verbo, plene. viij. q. j. poterit quoqз dictus electus post sibi presentatā electionem dicere gratias ꝛ laudes ago in primis Deo meo omnipotenti, ꝛ virgini intemerate eius matri, diuoqз. N. in cuius nomine ecclesia. N. est dedicata, ꝛ omnibus sanctis, qui me indignū, ac insufficientez vocare dignati sunt ad tantum onus, qđ satis humeris meis importabile puto, confisus tñ de eoꝝ pietate ꝛ misericordia nolens dei vocationi resistere, sed omnino obedire dicte electioni meliori modo ꝛ forma quibus valeo, ɔsensum pariter ꝛ assensum presto, gratias quoqз ꝛ habeo ꝛ ago dominis electoribus de tanto honore mihi impenso, quibus condigna meritis retribuat omnipotens.

8 †Dicet deinde dictus electus, qđ per dictā acceptionem electionis nullo modo intendit renūciare beneficijs, que obtinet, donec ꝛ quousqз in eo ɔcurrerint omnia, ꝛ singula, que habentur in. c. cū in cūctis. §. cū vero, de elec. nec consentire alicui prouisioni de dictis beneficijs facte, aut faciēde, imo expresse protestatur in cōtrariū, donec ꝛ quousqз pacificā dicte dignitatis, ad quā fuit electus, obtinuerit possessionē, hoc apponet, si nō intendit renunciare suis beneficijs ante pacificā possessionē adeptam, de his omnibus debet instrumentū fieri, pro quo videas Mandag. in. ij. parte, in. c. lix. in forma. xiij. cui addes addenda, nā nō ita ibi loquiꝛ, sed mutatis mutandis, ꝛ aliquibus additis poteris bene instru-

9 mentum dicti assensus conficere. ¶ † Et nota ꝙ si electus renuit consentire electioni de se facte, si putet se dignum ad prelaturam illam sic sibi oblatam refutando mortaliter peccat, ꝓm Archi. in. c. si electio. de elec. in. vj. pro quo glo. in. c. in scripturis, in verbo minime. viij. q. j. quod hз verum qñ alius deest, vt ibi colligiꝛ, hoc etiam tз Jo. fab. in. l. si quemqз. C. de epis. ꝛ cleri. abijt vt opinor iamdiu hoc peccatum, debet autem electus vires suas metiri, vt dicitur. j. questio. j. in. c. nō est putanda. ꝛ. xlix. distinctio. §. j. in fin. nec debet se putare dignum semper, quia multa incumbunt onera prelato. c. nerui. xij. distinc. pro hoc videas Archi. Joā. de imol. Jo. an. ꝛ Domi. in dicto. c. si electio. de electio. in sexto.

❧ SUMMARIUM ❧

1 Electus consensu prestito confirmationem intra tres menses petere tenetur.
2 Confirmatio electionis per pros peti possit.
Confirmatio quid proprie dicatur.
3 Confirmandi electos quis habere dicatur potestatem.
4 Legatᵒ de latere in ꝓuincia sibi decreta electiones ɔfirmaꝛ solet.
5 Episcopus electos inferiores sue diocesis confirmare potest.
6 Eps p archiepm ꝛ archiepiscopus p patriarcham confirmatur.
7 Patriarche principales quatuor sunt.
Imperatoris electionē ɔfirmat pontifex Roma. ipз autē nullus.
8 Gesta per prelatum non canonice electū an teneant.
9 Confirmatio electionis per superiorē facta quātū tribuat iuris.
Confirmatio quando in communi forma dicatur facta.
10 Confirmatio quando ex certa principis scia dicatur facta.
11 Papa contractus inualidos validare potest.

¶ Capitulum. xliij. tertie partis.

1 **Prestito** †Consensu prout. s. dictum est, dз electus petere ɔfirmationē sue electionis intra tres menses computandos a die prestiti consensus iusto impedimēto cessante, qđ si nō fecerit eoipso sua electio viribus vacuatur. d. c. qз sit, ꝛ ibi glo. in verbo, vacuetur, gl. in. c. si electio. in verbo, aliā, de elec. in. vj. que glo. est not. ponens tempora que dantur pro expeditionibus ecclesiarū, qз ad hoc notabilē reputant doc. ꝛ mēti tenendā. dicit ibidē Philip. Frā. in fi. col. ¶ De tpe ad ɔfirmationē petēdā, vide ēt Man-

2 dag. in. j. parte, in. c. lvj. ¶ †Et pōt peti ɔfirmatio p ipsuз electū, ꝛ p eius procuratores. Itē p electores, ꝛ p amicū ēt sine mādato, dūmō ipse electus intra ips statutū ad ɔfirmationē petēdā. s. j. trimestre petitionē hmōi ratā habeat. l. penul. ff. rē ratā habe. de omnibus his habes gl. in verbo, petere, in. d. c. qз sit, ꝛ ibi p Jo. an. Domi. ꝛ Phil. Frā. habes ēt aliā gl. in pragmati. in verbo, presentata. in. §. facta aūt electione, in ti. de elec. p Cosmā guymier. ¶ Est aūt ɔfirmatio iuris quesiti p electionē corroboratiua declaratio, ꝓm zabarel. cle. j. de iureiur. §. nos itaqз, ver. xx. nota. formas ɔficiendoꝝ procuratoꝝ, qñ ab electo, seu a capi. procuratores constituuntur ad ɔfirmationis petitionē, habes p Manda-

3 go. in. ij. parte. c. lix. forma. xvij. ꝛ. xviij. ¶ †Quis aūt habeat pratē ɔfirmādi electos, ad hoc dicas, qđ aut loquimur de electis ad dignitates, que immediate subsunt romano pontifici, ꝛ tales electos ad hmōi dignitates Rom. pōtifex ɔfirmat, siue sint tales dignitates epales, siue abbatiales, siue superiores, tex. ꝛ ibi gl. in. c. nihil de electio. ꝛ ibi Panoꝛ. in colū. ij. ꝛ Joan. andr. in eo. c. nihil, col. ij. ꝛ. iij. pro hoc. c. scriptū, eo. tit. de elec. ꝛ Host. in sum. de elec. in. §. a quo ɔfirmāda. sup hoc videas ɔstitutionē Nico. iij. ꝺ qua in. c. cupientes. de ele. lib. vj. vbi habes formā petēdi ɔfirmationē a roma. ponti. ꝛc. Et est ɔsuetudo Roma. eccle. qđ nō ɔfirmat aliquē electū, nisi sint presentes apđ sedē apostolicam, duo de his q electioni interfuerunt, nisi aliqñ ex certa scientia aliquid de gra faciat, ita dicit Inn. in. d. c. nihil, col. j. Quid aūt dcm, si legatus de latere sit in partibus, an possit prefatas electiones ɔfirmare. Spec. tit. de legato, in. §. nūc ostēdēdū, vbi enumerat octoginta ꝛ nouem reseruata sedi apostolice, in ver. xxij. dt ipsa curia molestū gerit, si legatus electos in maioribus monasterijs ɔfirmet, ꝛ in eo. §. nūc ostēdēdū, in ver. sed nūqd poterit electū in Archiepiscopū ɔfirmare, dt ɔsulo tñ qđ abstinat legatus. s. nā eccle. roma. nō libēter alteri participat hūc honorē, ꝛ sic seruari videmus in

4 epis exēptis. †hodie tñ est decisuз vt legatus de latere valeat, et possit in prouincia sibi decreta ɔfirmare electiones epoꝝ, archiepiscopoꝝ, patriarchaꝝ, ac alioꝝ exēptorū, ita tenēt Jo. an. ꝛ panoꝛ. in. d. c. nihil. ꝛ idē Jo. an. panoꝛ. Host. Egidius, ꝛ Inn. in. c. cū venerabilis, de ɔsue. tex. in. c. si abbatē, de ele. in. vj. ꝛ ibi Do. Jo. an. Archi. Pet. de anch. ꝛ Phil. Franc. ¶ Et aduerte ad vnū qđ ē notabile, qđ si aliqs citramōtanᵒ exēptus fuerit in ɔcordia electus, ꝛ sit legatus in partibus si ante ɔfirmationē sue electionis administret, incidit in penas. c. auaritie, de elec. lib. vj. qa tūc cessat rō. c. nihil, nā cuз taliter electo ɔcedatur administratio pp distātiā a Roma. cur. p eo qꝛ ecclesia posset pati aliqđ dispēdiū, añqз ɔfirmatio cēt a sede apostolica obtēta, q̄ rō cessat, qñ legatus est in partibus, a quo dictus electus posset consequi suam ɔfirmationē, quare sic electus sine icursu penaꝝ. d. c. auaritie, nō poterit administrare. Istud est dictū doc. in. d. c. cū venerabilis, ꝺ ɔsue. qđ not. reputat panoꝛ. in eo. c. col. fi. ꝛ ē notabilis limitatio

5 ad. c. nihil. de elec. qđ dictū nota. ¶ †Quo ad alios vero electos ad dignitates, q̄ imediate nō subsunt Roma. ponti. dicas, quod eps pōt ɔfirmare prelatos inferiores sue diocesis, vt abbates, et alios de hoc est tex. in. c. cū olim, de maio. ꝛ obe. ꝛ ita tз ibidē panoꝛ. col. j. ꝛ Jo. an. col. ij. tex. ꝛ ibi gl. in. c. j. xviij. q. ij. sup verbo, instituere, sic tз Host. in sum. tit. de elec. §. a quo. Et sede vacāte capitu. succedit epo in ptāte ɔfirmandi electos, quos eps potuisset ɔfirmare, tex. in. d. c. cū olиз, ꝛ ibi gl. de maio. ꝛ obed. qđ est menti tenendū, qm non ita bene probatur alibi, ꝓm panoꝛ. in. d. c. cū olī col. j. Et qđ capitu. sede vacante possit confirmare illos, quos episcopus poterat, ita tenent Jo. an. ꝛ Inn. in. c. ad abolēdā, de hereti. dixi. s. in preludijs, seu preparatorijs ad electionē in qbus ca-

6 pitulū succedat sede vacante, in. c. v. †Episcopū autem cōfirmat archiepiscopus. c. cū dilecti, de electio. ꝛ ibi panoꝛ. col. j. tex. in. c. illud. lxiiij. dist. sic tenet Hosti. in. d. §. a quo confirmanda. archiepiscopum confirmat primas, seu patriarcha si sit, alias papa, tex. ꝛ ibi glo. in. c. quia igitur. lxiij. distin. Archi. in. c. de persona. lxv. distin. pro quo tex. in. c. mos antiquus. xv. disti. vbi dicitur quod patriarche habent in suis patriarchatibus eandē potestatē, quā hз Romanus eps, ꝛ ibi videas Domi. de sancto Gemi. pro quo tex. in. c. antiqua, de priuilegijs. ¶ Et dicit panoꝛ. in. c. duo simul. de offi. ord. quod quemadmodū se habent subditi epoꝝ ad archiepiscopū, ita se habent subditi archiepoꝝum ad patriarcham, ꝛ sicut multe dioceses sunt sub potestate ꝛ cura archiepiscopi, ita qđ archieps est superior omniū illoꝝ episcopoꝝ, ꝛ diocesuз, ita multe prouincie sunt sub cura cuiuscunqз patriarche, ita qđ patriarcha est iudex ordinarius omnium archiepiscoporum, qui sunt in

7 suo patriarchatu. ¶ † Et sunt quatuor patriarche principales, quos enumerat tex. in. c. antiqua, de priuileg. quoꝝ primus ē patriarcha Constantinopolitanus, secundus est Alexandrinus, tertius est Antiochenus, quartus aūt est Hierosolymitanus, alij vero nō sunt de principalioribus. Super iure primatie qualiter olīз erat ɔtrouersia inter archiepos Bituricensem, ꝛ Burdegalensem, habes in. c. humilis doctrina magistri, de maio. ꝛ obe. sic ergo gradatiз fit ipsa ɔsecratio, sicut gradatiз appellatur. c. dilecti, de appel.

de appel. z. l. precipimus. C. de appel. z. l. imperatores, eo. titu. de appel. ff. ¶ Electionem aũt imperatoris ɔfirmat Romanus põtifex, qui hʒ eũ examinare, tex. in. c. p venerabilẽ, de elec. papã aũt nullus ɔfirmat, qz superiorẽ nõ hʒ. c. lʒ, de elec. z sic statim vt ẽ electus administrat, tex. in. c. in noie dñi. xxiij. dist. z ibi Domi. glo. z Panor. in. c. nihil, de elec. in glo. fi. dixi. §. saltẽ remissiue casus in qbus electi põt administrare ante ɔfirmationẽ in. ij. parte in. viij. incipiente octauo. † An z qñ gesta p prelatũ ɔfirmatuʒ q̃uis nõ sit canonice electus valeant z teneant. vide Inn. in. c. cũ dilecti, z in. c. nihil, de elec. z panor. in. d. c. nihil, col. vi. q expedit aliquos casus de validitate gestorũ ab eo q gerebat se p plato, si postmodũ deijciatur a prelatura, quos ibi videas, qm̃ notabiliter materiã expedit. ¶ Qualiter aũt pcedatur i ipsa ɔfirmatione habes tex. in. c. fi. de elec. in. vj. z ibi Jo. an. Domi. Archi. Pet. de ancha. z Phil. Fran. habes quoqz p Inno. in dictis. c. cũ dilecti. z. c. nihil. eo. ti. de elec. Itẽ ẽt habes in pragmatica in tit. de elect. §. facta autẽ, z ibi per Guymier. z Hosti. in sum. de elec. §. z q̃liter.

† Et nota qd̃ confirmatio facta per superiorẽ in electione tribuit multũ noui iuris, nã tribuit potestatẽ administrandi in spiritualibus z temporalibus. c. trãsmissam. z. c. qualiter, de ele. in volu. gregoriano. z. c. auaritie. ibi glo. in verbo, confirmetur. panor. in. c. j. col. j. de ɔfir. vtili vel inutili, z Jo. an. in. c. de confirmationibus, col. j. eo. ti. z ẽm Inn. in. c. ex parte, de arbi. ɔfirmatio electionis tribuit z transfert ius prelature in ɔfirmatũ, qñqz tamen confirmatio nullũ ius tribuit, vt est ɔfirmatio cuiuscũqz rei facta per superiorẽ in forma cõi, sed solet impetrari ad cautelam, ne impetrans huiusmodi videaẽ sine sciẽtia superioris procedere, vt magis timeatur. ¶ Et dr̃ ɔfirmatio facta in forma cõi. qñ fit ɔdõnaliter nõ cognito de cã, vt si dicatur ɔfirmamus tibi possessiones, aut bona tua, que iuste possides in tali loco, vel per similia verba, seu p similẽ formã, de hac ɔfirmatione est tex. in. c. qz diuersitatẽ, de conces. prebẽ. cũ dicit nõ obstãte ɔfirmatione a sede apostolica obtẽta in forma cõi, que ɔfirmat beneficia, z prebẽ. sicut iuste, z pacifice possidentur, z ibi est gl. in verbõ, cõi. ¶ Aliqñ vero cõfirmatio vetus ius ɔfirmat z ɔsolidat, vt qñ fit ɔfirmatio ex certa scientia principis. ¶ † Et dr̃ ɔfirmatio ex certa sciẽtia principis fieri qñ totũ negotiũ ẽ principi reseruatũ, z ipse postmodũ cõfirmat, maxime apponẽdo clausulã ex certa sciẽtia. Et hec ɔfirmatio operaẽ plus, vel minus ẽm materiã propositã. nã si petens seu impetrans hmõi ɔfirmationẽ iuste possidebat operabiẽ, vt inferior nõ possit amplius de illa re cognoscere. s. vtrum iuste possideat, necne. c. ij. de ɔfir. vti. vel inuti. idẽ est de ɔfirmatione sententie z processuũ in iudicio habitoꝝ, ꝑ quos nõ audiuntur partes postq̃ sunt cũ cause cognitione ɔfirmati. c. j. de transac. z. l. nam ita. ff. de adop. ¶ † Et potest papa ɔctus q̃tuncunqz inuidos ab ecclesijs initos validare, dũmõ ex certa scientia ɔfirmentur, arg. c. proposuit, de ɔcesi. prebẽ. vel eccle. nõ vacan. z. iij. q. vj. c. hec qppe. Itẽ. d. ɔfirmatio facta ex certa sciẽtia facit rẽ maioris auctoritatis. xj. dist. c. qs nesciat. qñqz operatur maiorẽ effectũ, nã si impetrans talẽ ɔfirmationẽ nõ iuste possidebat, incipit iuste possidere. vnde solent papa z principes apponere in hmõi ɔfirmationibus clausulã supplentes de plenitudine potestatis oẽm defectum z sic talis ɔfirmatio de inualido facit validũ, pro quo videas panor. in. d. c. j. de confirma. vti. vel inuti. z Jo. and. eo. ti. c. ij. super hoc videas Fel. in. c. ad nostrã, de probationibus, col. iij. in versi. vltimo nota. z eundẽ Fel. in. c. cũ venissent, de testi. col. j. z. ij. in gl. j. videas ẽt Fel. in. c. ij. de rescript. col. xix. z. xx. versi. leges inserte z ibi p eũ an ɔfirmatio principis ex certa scientia prosit in defectũ substãtialiũ, an solũ in defectũ solẽnitatũ, vt in vocatione partis z similibus, z in materia coadunat ibi multa elegantia dicta, vide etiam in materia Dom. in. c. quis nesciat. xj. distin. z in glo. posita super verbo, auctoritate, z eundẽ Dominicũ etiã in. c. cenomanensem. lvj. distin. qui ibi tʒ qualiter confirmatio per principẽ ex certa scientia facta actum nullum validat.

SVMMARIVM.

1. Electus ɔfirmatus sʒ nõ ɔsecratus non est eps vocandus.
   Consecratio dat nomen episcopo.
2. Interficiens electũ nõ ɔsecratũ nõ censetur occidisse episcopum.
3. Priuilegiũ qd̃ epis conceditur quando electo concedi cẽseatur.
4. Electus ɔfirmatus nõ ɔsecratus qua polleat ptãte remissiue.
   Electus ɔfirmatus nõ ɔsecratus res ecclesie põt administrare.
5. Electus nõ consecratus ea que sunt ordinis exercere non potest.
   Prouisus p sedẽ apostolicã ea, q̃ sunt iurisditionis exercere põt.
6. Confirmator prouidendo eligit z confirmat.

¶ Capitulum. xliiij. tertie partis.

Confirmatione † Obtenta nõdũ ipse elect⁹, si fuerit ad epalem dignitatẽ electus, vocabitur eps, sed precise electus, tex. z ibi panor. in. c. tã literis, de testi. text. ẽt z ibi panor. in. c. tua nup. de his que fiunt a prelato sine ɔsen. c. in primo notabili. nã ɔsecratio ɔfirmat nomẽ, z dignitatẽ epalẽ, ad hoc. c. nisi, de aucto. z vsu pallij. ẽm panor. in. c. eã te, de rescrip. p hoc gl. in. c. j. in verbo, dedicãda, de religio. domi. que dicit, quod in ɔsecratione electus nomẽ assumit epi, glo. ẽt in cle. si quis suadente, in verbo, quemuis pontificem, de penis, que glos. dicit electos nõdum consecratos nõ esse põtifices, hoc est episcopos, nec etiam vocantur dicti electi confirmati necdum ɔsecrati pontifices, gl. etiam in verbo, pontificũ, in cle. dignum, de celebra. missa, iõ dicit Bal. in. l. si nõdũ. C. de furtis, col. j. versi. z nota. in fi. verbis, notabilis † quod si ciuitas interficiat electum. non dicatur interfecisse episcopum, quem sequitur ibidem Barbat. in addi. ad eundẽ Bal. z sic nõ incidet in penas de quibus in. c. ita nos. xxv. q. ij. glo. tamen est sing. in cle. vnica, in vbo, episcopis, de foro cõperẽ. que glo. vult qd̃ priuilegiũ (de quo i dicta cle. vnica ɔcessuʒ) epis, extẽdatur ad electos ɔfirmatos, nondum ɔsecratos, q̃ glo. sing. dicit Andre. barba. in. d. l. si nõdum. C. de furtis, in addi. ad Bal. gl. tamen in. d. cle. ij. de celebra. mis. in verbo, pontificum, videtur contradicere, ita qd̃ priuilegiũ ɔcessum epis nõ extendatur ad electos ɔfirmatos, nam priuilegium concessum epis, seu eorũ seruitoribus de horis dicendis, de quo in dicta cle. ij. non hʒ locũ in electis confirmatis nondum consecratis. pro quarum glosarũ concordia est dicendum, † quod si sit casus in quo sit eadẽ ratio in epo, z in electo confirmato nõdũ ɔsecrato, priuilegium epo cõcessum vendicat sibi locum in electo confirmato, nec consecrato, z sic intelligitur gl. in. d. cle. vnica, de foro compe. in verbo, epis, facit tex. in. c. inter corporala, de trãsla. epi, vel elec. ¶ Si aũt nõ est eadem ratio, vt puta, qz priuilegiũ est datum ad decorem episcopalis dignitatis, tunc in priuilegio concesso epis nõ cõprehenduntur electi ɔfirmati, qui non sunt consecrati, z sic est intelligenda glo. in. d. cle. dignum. in verbo, pontificum, de celebra. missa. ita dictas glo. concordat dictus Barba. in. d. l. si nondum. C. de furtis, in addi. ad Bald. z ita ẽt dicit, z sunt verba formalia panor. in. d. cle. j. de foro competenti, in recollectione gl. an z quãdo electi ɔfirmati nec consecrati includantur in dispositionibus, vide Car. in locis. s. adductis, z copiose do. Fel. in. c. eam te, de rescrip. in. j. ij. iij. iiij. v. z. vj. col. vbi multa adducit. ¶ † De potestate electi confirmati nondum tamen consecrati habes per dictum Fel. in. d. c. eam te. col. iij. ver. restringuntur, qui dicit eum ea posse, que sunt episcoalis iurisditionis, glo. in. c. transmissam, in verbo, de talibus, de elec. dicit electum ɔfirmatum posse exercere iurisditionalia epi, inter que enumerat iudicare, excõmunicare, z ex ɔsequenti absoluere, esto qd̃ nõ sit sacerdos, ẽm doc. ibidem, corrigere, iuramenta recipere a vasallis, confirmare, inuestire, beneficia conferre, pro hoc tex. iuncta glo. in. c. nosti. in verbo, confirmata, z etiam tex. in. c. qualiter, iuncta glo. in verbo, administrationi titu. de elec. ¶ Et dicit Inn. in. d. c. trasmissaʒ, col. j. qd̃ ex quo electus est ɔfirmatus potest administrare res ecclesie, taʒ in spiritualibus q̃ in temporalibus, tam in colligẽdis fructibus q̃ in actionibus intentandis nomine ecclesie sue. Rationem ponit panor. i. d. c. nosti, vbi dicit qd̃ per electionem electus ɔsequitur ius prelature, z administrandi in habitu. z per confirmationem superioris consequetur ius administrandi in actu, pro quo gl. notabilis in verbo, relatio. in. c. quanto. lxiij. dist. q̃ glos. singu. dicit panor. c. nihil, col. ij. de elec. hʒ electus confirmatus merum imperium, ẽm Innocen. in. d. c. transmissam, de elec. † Ea vero que sunt ordinis episcopalis electus in episcopum confirmatus, si non fuerit consecratus, non potest executioni demandare, v; puta non potest ordines conferre, nec chrisma sacrum conficere, nec clericos deponere, super qua depositione sunt opiniones quas vide per panor. in. d. c. transmissam, col. vlti. z penul. nec etiam potest virgines benedicere, neqz ecclesias, seu altaria consecrare, gl. in. d. c. transmissam, in verbo, de talibus, z est bene notabilis dicta gl. ẽm panor. ibidem. ¶ Et not. quod quemadmodum potest electus cõfirmatus non consecratus exercere ea, que sunt iurisditionis, sic etiam poterit per sedem apostolicam prouisus administrare, z ea q̃ sunt iurisditionis exercere, quamuis non sit consecratus, nam talis p uisio habet vim electionis, z confirmationis, glos. in verbo, prouisionem. c. primo. de elec. in. vj. z ibi Domi. z Philip. Franc. z notatur in. c. cum olim, de causa pos. z proprie, z est idem dicẽdũ

6 in omni electo a confirmatore.† naȝ confirmator prouidendo eligit ꝛ confirmat. ita tenet Inno. in. c. cum olim. de cau. pos. ꝛ proprie. ꝛ do. Feli. in. c. eam te. col. ij. ꝛ iij. de rescrip. ꝛ Panor. ibidẽ ꝛ in. c. transmissam. de elec. idem Panor. in col. ij.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Exceptiones que aduersus electum confirmatum non consecratum obijci possint.
2 Confirmatio qñ nulla censeatur edicto fraudulenter proposito.
3 Confirmatione solenniter facta non auditur obijciens crimina.
4 Eligens põt ꝯ electũ obijcere crimia tpe electionis occulta.
5 Supiore de plato ꝓuidẽte, qualiter ꝯ sic prouisuȝ possit excipi.
6 Jus plenum in beneficio habenti quãdo possit aliquid opponi.

¶ Capitulum. xlv. tertie partis.

1 Que exceptiones possint † opponi ꝯ electuȝ ꝯfirmatũ nõ ꝯsecratũ, ꝛ vr̃ quod exceptiones, que ĩpediunt ꝯfirmatiõis executionẽ nõ possint opponi. ꝓ quo tex. i. c. ꝯstitutis. in. ij. de appel. ꝛ i. c. post electionẽ. de ꝯcesf. preben. ꝛ in. c. accedens. de accusa. sup hoc dicẽdũ est, quod aut ꝯfirmatio fuit facta nõ ꝓcedente citatione, qñ est coelectus vel oppositor, vel edicto non proposito vbi non est coelectus vel oppositor, ꝛ tunc confirmatio est ipso iure nulla, ꝛ sic admittet̃ exceptio nullitatis ipsius electionis. de hoc est casus in. c. fin. de electio. in. vj. ꝛ in pragma. titu. de elec. §. facta. aut edictũ fuit propositũ, iuxta dictũ. c. fin. ꝛ tex. in pragma. dicto titu. de electio. §. facta aũt. Et aduertas qd̃ ſm dictũ. §. facta ẽt in casu quo appareat coelectus, aut oppositor q vocandus est noiatiȝ, nihilominus dȝ edictũ proponi, quod edictum si sit nimis acceleratum, nõ valet, ꝛ tunc admittit̃ exceptio ꝯ ꝯfirmatũ ad impediẽdũ effectũ ꝯfirmationis. Inno. in. c. cũ olim. de causa posse. ꝛ proprieta.

2 ꝛ putat Panor. in eo. c. cũ olim. col. vj. circa finẽ, † qd̃ iste casus ẽt procedat qñ fraudulenter proponit̃ edictũ cũ termino breuissimo, ꝛ procurat̃ amotio incõtinẽti, ne pueniat ad notitiã hominũ, sicut pluries cõpertũ est, ꝛ tunc talis ꝯfirmatio est nulla, ar. dicti. c. fi. ꝛ tunc admittet̃ exceptio ad differendũ ꝯfirmationis effectũ cũ ꝑ talẽ exq̃sitã fraudẽ oppositores fuerint supplãtati, que fraus iuuare nõ dȝ dictũ ꝯfirmatũ iuribus vulgatissimis, ꝛ ex tali exquisita fraude est magna presumptio ꝯ ꝯfirmationẽ, arg. c. vt nostrũ. vt eccl. benefi. sine dimi. ꝯferant̃. Itẽ admittet̃ exceptio nullitatis ꝯ electũ ꝯfirmatũ, vtputa, qñ talis electio dr̃ facta ꝑ simoniã, aut alias nõ seruata forma, de qua in. c. fi. de elec. in. vj. ꝛ in pragma. in. d. §. facta aũt electione, ꝛ hoc qñ probatio offert̃ incõtinẽti, ꝓ quo facit lex. iij. §. ibidẽ. ff. ad exhibẽdũ. ꝛ. l. si is a quo. ff. vt i pos. lega. bon. glo. in verbo, ꝯtentionẽ. c. j. de restitu. spo. cuȝ simi. pro hoc videas Inn. Jo. an. ꝛ Panor. in. c. cũ olim. de causa posses. ꝛ proprie.

3 ¶ † Et aduertas, quod si ꝯfirmatio est solẽniter facta, ꝛ ante dictã ꝯfirmationẽ fuerint obiecta aliqua crimina seu defectus sup qbus fuit sententiatũ, nõ audit̃ quis ad proponẽdos tales defectus, sup qbus fuit sententiatũ, q2 tunc talis actio cum sit popularis seu quasi, vno agente ꝯsumit̃. l. iij. ff. de popu. ac. nec. n. de delicto vnius sepe est querendũ. l. licet. ff. nau. caupo. stabu. gl. in. c. cũ dilecti. de elec. in verbo, iudicatũ. ꝛ ibi Panor. Si xo nullus ꝯdictor cõparuerit, nec fuit de aliquo crimine discussum, tunc q̃ꝫtumcunqȝ solenniter processerit ꝯfirmator cõparens nouiter, si sibi nõ possit iputari, quare in principio ante ꝯfirmationẽ nõ cõparuerit, puta, q2 erat extra dioceſiȝ, vel infirmitate grauatus, ita qd̃ ignorauerit ꝯfirmationẽ fieri, vel opponit ea, q̃ nouiter ad sui notitiã puenerunt, de quo est tex. notabilis in. c. fi. q matri. accu.

4 pos. † nã ꝛ ille qui elegit potest ea, que erant occulta tpe electiõis celebrate obijcere electo, vt in. c. nulli. de elect. in. vj. ꝛ ibi ꝑ Phili. qualiter eo casu põt qs venire ꝯ factũ ꝓpriũ ẽt iuratũ, sicut ex noua causa põt qs offendere, nec dicet̃ rũpere pacẽ. Petr. de ancha. ꝛ Phili. in. d. c. nulli. ꝛ Bar. in. l. q seruũ. ff. de verbo. oblig. col. j. ꝛ in. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. ꝛ vectig. col. j. ꝛ audiet̃ ille talis ꝯ electũ ꝯfirmatũ, saltẽ ꝑ viã accusationis vel denũtiationis, si ꝓponat crimen, aut obiectũ sup quo nõ fuit discussuȝ. Panor. in. c. cũ olim. de dolo ꝛ ꝯtu. ¶ Et no. qd̃ si nullus ꝯdictor cõparuerit, ꝛ in ꝯfirmatione fuerit processum prepositis edictis, si elapsis edictis ꝯfirmator ꝓnuntiauerit neminẽ deinceps audiendũ, ꝛ tunc nõ debet aliquis audiri, cũ possit imputari, quare tunc nõ cõparuerit ẽt si res adhuc sit integra, vt q2 nõ fuit ꝓcessum ad ꝯfirmationẽ. ad hoc tex. notabilis in simili in. l. titia. ff. de accusa. aut iudex nihil pronũtiauit sup hoc, ꝛ si res est integra, audietur cõparens. glo. notabilis. ꝛ ibi Inno. in. c. fin. q matri. accusa. possunt. in verbo excluderet. aut res nõ est integra, vt q2 iudex processit ad ꝯfirmationẽ, ꝛ nemo tunc audiet̃, cui inculpari poterit, quare tpe edicti nõ cõparuit, cũ sit presumptio malitie ꝯ talẽ, vt est tex. no. in. d. c. fi. q matri. accusa. hec videas ꝑ Panor. in. c. cũ olim. de causa posses. ꝛ proprie. ꝛ ꝑ eundẽ in. c. cũ olim. de dolo ꝛ cõtu.

5 ¶ † Aduerte qd̃ cũ superior prouidet ad quẽ spectat ꝯfirmare eodẽ iure, tunc prouidẽdo ꝯfirmat, vt supra dixi. ꝓ quo vide Fel. in. c. accedens. col. j. de accusa. eo. casu opponentes (cũ nõ habuerint tp̃s ad opponẽdũ se ante ꝯfirmationẽ) admittet̃ ad excipiẽdũ ꝯ electionẽ ꝛ ꝯfirmationẽ, atqȝ ꝯ ꝑsonã diffamatã, ꝛ hoc casu effectus ꝯfirmationis seu collationis impediet̃, quousqȝ id qd̃ obijcit̃ fuerit examinatũ, ꝛ diffinitũ, vt. c. cũ oliȝ. de causa pos. ꝛ proprie. ar. xxiij. dis. c. q episcopus, ꝛ in auc. quomodo oportet epi. §. oportet aũt in ipso ordinationis tpe. colla. prima. ꝛ de sanctissi. epis. §. si qs aũt electũ. coll. ix. Jo. and. in. c. cũ olim. de causa posses. ꝛ proprie. col. j. ꝛ ibi plene ꝑ eũ de materia. ꝛ ꝑ Inno. ibidẽ. ꝛ ꝑ eosdẽ, ꝛ ꝑ Panor. i. c. cũ olim. de dolo ꝛ ꝯtu. ꝛ in. c. quod sicut. de elec. ¶ Et quãuis in casibus ꝓdictis nõ possit aliquid opponi ꝑ viã exceptionis ꝯ sic ꝯfirmatũ, vt ꝓmittit̃, sed ꝑ viã accusationis, seu denuntiationis, quod impediat effectũ ꝯfirmationis, poterit tñ opponi ꝯ ipsum ꝯfirmatũ tam ꝯ ꝑsonam, q̃ꝫ ꝯ electionẽ, q̃ꝫ ꝯ ꝯfirmationẽ ꝑ modũ exceptiõis, qñ ipse electus petet cõsecrationẽ. c. cũ dilecti. de elec. ꝛ. c. sup his de accusa. Jo. an. col. j. c. cũ olim. de causa pos. ꝛ ꝓprie. sup hac materia vide Panor. in. c. accedẽs. de accusa. in glo. posita sup verbo, publice. vbi tres casus ꝓsequit̃. Primus est, qualiter exceptio opponi põt ꝯ electũ, siue opponat̃ ꝯ ꝑsonã, siue ꝯ formã, siue electus sit infamatus de crimine obiecto, siue nõ. de quo in. c. j. ꝛ in. c. vt circa. de electi. in. vj. ꝛ ibi Do. ꝛ Phili. Scd̃s casus est, qñ excipit̃ ꝯ electũ ꝯfirmatũ, qui petit ꝯsecrationẽ, quo casu admittit̃ exceptio. c. super his. de accusa. ꝛ hoc ſm ea q̃ supius dicta fuere.

6 † Tertius casus est, qñ quis ius plenũ hȝ in beneficio, tñ petit aliquid facti, puta possessionẽ, ꝛ tunc ꝓsequere hunc casuȝ, siue agat̃ ꝓ iuribus beneficij, siue pro possessione adipiscẽda, siue ꝓ possessione recuperanda ſm qd̃ ꝓsequit̃ Panor. ꝛ Feli. in. d. c. accedẽs. de accusa. ꝛ vide dñm Anto. Corsetuȝ de excellentia ꝛ potestate regia, q ponit quinquaginta casus, in quibus spoliato non debet fieri restitutio.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Exceptio ad possessionem impediendam non admittitur in beneficialibus, collectione, electione, ꝛ confirmatione factis.
2 Collationes clandestine non presumuntur canonice.
3 Titulo non apparente iusto, quid contra possidentẽ obijci possit.
Episcopus solus dignitates cathedralis ecclesie nõ põt coferre.
4 Agenti possessorio adipiscende in ꝓphanis potest opponi exceptio dominij.
Exceptiones coram iudice competenti debent opponi.
5 Laicus parochianus seu pronus ꝯ ꝓmouẽdum excipere potest.
Excipiẽs de crimine ꝯ electũ punit̃ si deficiat in probatione.

¶ Capitulum. xlvj. tertie partis.

Dezin Materia prefata videas Panor. in. c. cũ olim. de causa posse. ꝛ proprie. vbi

1 in hac materia facit regulã dicẽs † quod in beneficialibus si agat̃ possessorio adipiscẽde post collationeȝ, aut post electionẽ, ꝛ ꝯfirmationẽ regulariter nõ admittitur exceptio ad impediendã possessionẽ. c. ꝯstitutis in secũdo. de appell. ꝛ. c. post electionem. de cõcesf. preben. vel eccle. nõ vacan. ꝛ. c. accedens. de accusa. Et ratio est, quia exceptio debet esse ꝓportionabilis ad actionem in iudicio deductam, cũ sit actionis exclusio. c. cum dilectus. de ordi. cog. l. ij. ff. de excep. sȝ exceptio hoc casu nõ est proportionabilis, cum prouisus nõ petat aliquid iuris, sȝ quid facti ad executionem iuris obtenti de preterito. ideo exceptio cõcernens defectum iuris non debet admitti tanq̃ꝫ nõ proportionabilis, hec regula fallit. Primo, vbi opponeretur crimen, seu defectus cuȝ infamia, vt in dicto. c. accedens. Ratio potest esse, quia infamatus existens in possessione debet suspendi, donec se purgauerit. c. presbyter. ij. q. iiij. ꝛ. c. ꝑmo. ꝛ. ij. ꝛ. c. iter. de purgat. cano. fortius ergo debet repelli talis a possessione ꝯsequenda, quia turpius eijcitur q̃ꝫ nõ admittitur hospes, ꝛ facilius quis repellit̃ a querẽdis, q̃ꝫ a iam quesitis, vt. s. dixi.

2 ¶ † Secundo fallit, quãdo collatio fuit clandestina, quia presumitur contra collationes clandestinas, quod nõ sint canonice. c. vnico. vt eccle. beneficia sine diminutio.

minutio.conferant.z.c.vt nostrū.de appel.z ibi per Panormi. in col.fin.z huius pretextu dicit Panor.in.dicto.c.cum olim de causa pos.z pprie.col.vj.posse attēptari qd cōtra clandestine p͂uisum possit excipi de crimine,siue infamia ad possessionē differē daz,qz est presumptio ɔtra talē collationē vt dictis iuribus,pre terea quia iste,qui tunc opponeret fuit supplātatus,cū nō habue rit facultatē opponēdi tēpore collatiōis.vn̄ nō est qd sibi iputet.

¶ Tertio fallit,quando allegant p͂uisiones nō tenere.ar.c.cum olim.de dolo z ɔtu.z.c.cū olim.de causa possessionis z pprieta tis.Sup hoc tertio casu sic distingue,qz aut ostēdit ti.apparēter iustus,vtputa,qz est quis p͂uisus ab hn̄te ptātē ordinariā,nec ex ceptio hz aliquā presumptionē apparentē contra titulū,z tūc nō debet admitti aliqua exceptio nullitatis per rationē supra positā in regula,nisi offerrent pbationes incōtinēti.pro quo.l.iij.§.ibi dem.ff.ad exhibend.z bon.gl.in verbo, contentionē.c.j.de resti. spolia.z in.c.literas.eo.tit.in verbo,primi.que gl.hoc volunt in

3 possessorio adipiscēde.†Si vero nō est tit.apparenter iustus , vt qz est habitus ab eo,qui de iure cōmuni nō hz potestatē p͂uidēdi, z eo casu prius discuti dz hec exceptio,anteq̃ tradat possessio,qz illo casu tollit fundamētū possessionis z pprietatis.z ita pōt in telligi.c.cuz olim.de causa posses.z pprie.fm vnā lecturā,tenēdo qd ibi agebat possessorio adipiscēde,qz eps solus nō pōt ɔferre dignitates ecclesie cathedralis,qz hoc pertinet ad episcopum, z ad capitulū simul,fm Jo.an.in.d.c.cū olim de causa posses.z pro prie.de quo copiose Pan.s.ad quos spectet p͂uisio beneficiorꝫ ecclesiasticorum.in.c.cum ecclesia vulterana.de electio.post Hosti. Inn.Jo.calde.z Jo.de lig.z alios doc.p̄dictos tres casus po suit dominus Feli.in.c.accedens.de accusa.vbi sequitur Pan. dicens,vide semp in hac materia dominum Pan.in dicto.c.cuz olim.de causa posses.z propieta.col.vlti. z penulti.quē se sequi dicit Feli.vide etiā de hac materia per eundē Panor.in dicto.c. cum olim.de dolo z contuma.z in.c.post electionem.de conces. preben.z in.c.accedens.de accusa.z in.c.ɔstitutis.in.ij.de appel. vbi in fi.col. Panor.ponit istos tres casus.videas quoq; in hac materia Inn.in dictis locis.z in.c.inter dilectos.de exces.prela.

4 z Jo.and.similiter in prefatis locis.¶ †Qualiter agenti posses sorio adipiscende in ppbanis potest opponi exceptio dominij.vi de Bal.in.l.incerti.C.de interdic.col.vij.per.l.fin.C.quorꝫ bo no.z idē in possessione vacante adipiscenda.l.fi.C.vnde vj. Agē ti possessorio recuperande,que exceptiones possint opponi, vide Pan.in.c.in literis,de resti.spo.plenius hanc materiam tractat dominus Antoni. Corsetus in trctatu quem fecit de potesta te z excellentia regia in regula quam ponit , qd spoliatus ah oia est restituendus.ad quā regulā ponit quinquaginta casus fallen tiales,vt.s̄.dixi.Iste exceptiones que opponuntur contra benefi ciatos debent opponi coraꝫ iudice competenti.¶ Qui autem ad mittantur contra electum ad excipiendum,z ɔtra formaꝫ electio nis , siue contra petentem confirmationem, consecrationem, seu ordinationē.vide Inno.in.c.super his.de accusa. z Joan.and. z Pan.ibidē.dominus Feli.ponit ibidē in.vj.vij.viij.z.ix.col.in materia sex cōclusiones.videas etiā Pan.in.c.ex parte ade.de

5 testi.vbi aliquid ponit in materia.in col.iiij.z dicit† qd laicus si ē parochianus,vel patronus pōt excipere cōtra pmouendum.qd tenet glo.in.c.vt circa.de electione.in verbo,aliqui.z ita tenēt ibi Domi.z Philip.Fran.qui optime materiam declarāt quos vi de.hoc etiam tenent Pan.z Feli.in.d.c.super his.¶ Obijciēs contra electum vel electionem,z succumbens qualiter puniatur, vide tex.z ibi doct.in.c.j.z.c.vt circa.de elec.in.vj.z ibi Domi. z Phil.z Panormi.in dicto.c.super his.de accusa.

SUMMARIUM

1 Possessoria summarie tractari debent,z potissime in beneficia libus.

2 Recredentia absq; inquisitione alia,per literas z titulos est ad iudicanda.

3 Litium protelatio quantorum in ecclesia sit malorum causa.

4 Prelatorum dignitas eorum frequentia vilescit.

5 Subditi prelatorum exactionibus vexantur ratione litium.

6 Grex de manu pastoris requiretur.

Prelati nostri temporis beneficiorum fructus locant laicis,q pplm' vexant exactionibus innumeris,horrendum dictu sed mercenarij sunt,non pastores proprij,z ob id non mirandū.

7 Dilatio iudiciorū quantorum sit causa malorum.

Episcopus epm agat,z princeps principē,z suo quisq; recte fun gat munere,reddet enim iudex vnicuiq; qd gessit in corpore.

¶ Capitulum.xlvij.tertie partis.

Et quia sermo factus est

1 de exceptionibus † que pn̄t opponi ɔ̄ prouisos in be neficialibus ad impediēdam possessionis adeptionē nota qd ista materia cū sit possessoria,summarie dz tractari,nam possessoria mox debēt expediri.l.momētanee posſiōis.C.vn̄ vi. z gl.in vbo momētanee.C.q legi.pso.hn̄t stādi in iud.dicit in fi nalibus verbis qd possessio pōt dici momētaria,qz cito dz expe diri,z sine mora.arg.l.ij.C.vt intra certū tps.Et si possessoria in oi negocio(qn̄ nō hn̄t maxime cām pprietatis annexā)debeāt citius quo fieri possit expediri,quātomagis possessoria in bn̄ficia libus debent cito terminari,ne ecclesie in sp̄ualibus,z tpalibus graue patiant dispēdiū,z lupus rapax gregē inuadat Bn̄ficū.c. q̄ sit de elec.in.vj.z.c.postq̄.l.dist.z.c.ne p defectu.d ele.in an tiquis.¶ Ideo reges Francorū laudabiliter ac sanctissime eorū lege ordinarūt,vt possessoria breu' quo fieri posset i bn̄ficialibus

2 expedirent,†z q recredētia absq; alia inqsitiōe si mō fieri possit p literas,z titulos adiudicaret,sic statuit Carolus septimus,z eius lege seu ordinatiōe est dispositū in ordinatiōe.lxxviij.i meis ordinatiōibus.Hoc ēt edicto firmauit bone memorie.Carolus octauus,ordinatiōe.lviij.nec horū cepit obliuio Ludouicū duo decimū iustitie cultorē,q supradicta ɔfirmauit,ac multis fraudi bus,q̄ rōne appellationū ac oppositionū in possessorijs bn̄ficiali bus interiectarum interueniebāt,grauiter ac ingenue p͂uidit sua or dinatiōe mihi.lxxxij.His ce tn̄ nō obstātibus vidi,z audiui in re gno Frācie z extra dictū regnū possessoria bn̄ficialia diutius, i mo diutissime sub iudicibus secularibus agitari, z aliqua quinq; aliqua decem,aliqua viginti annis sub tēporali iudice fuisse,rela tumq; mihi est de quodā possessorio cuiusdā dignitatis episcopa

3 lis quadraginta annis sub laico iudice prestitisse.¶ † Unde infi nita oriunt in ecclesia Dei mala,nā bona ecclesiastica que in vsus pauperum,ac reparationes ecclesiarum deberēt exponi.c.aurūꝫ.z.c. gloria.z.c.quatuor.xij.q.ij.z.c.episcopus pauperibus.lxxxij.di. ab aduocatis z procuratoribus absumunt.¶ Et prelatos quos populo sibi credito intentos esse deceret, iuxta prouincie sibi in iuncte officiū.c.cleros.z clericos.xxj.dist.z.c.sit rector.xliij.dist. z.c.qui episcopatū.viij.q.j.z aucten.d sanctissi.episco.colla.ix.§. interdicimus.curias persequi necesse est,z in vilipendium suarū di gnitatū hac ac illac circūcursare,abiectis ac sceleratissimis q̄nq; magnos impendere honores cogunt,vt quos sanctissimos quon dam appellarunt iura,nūc ɔsuetūdine ac frequētia z pretoria oc

4 cupatione vilescāt,ac paruipendant.c.perlatuꝫ .lxxxviij.dist.†ra ro etenim prelati debent in publicaꝫ prodire,vt in maiore habeā tur honore ac reuerentia,naꝫ omne qd rarum est plus amplectitur. c.legitimus.xciij.dist.¶ Hoc prelatorum vilipendium spiritu p phetico videns zacharias suis pphetijs.capite.xj.in hec verba prorupit,vox vlulatus pastorum,qz vasta est magnificētia eorꝫ quorum sublimitas nullis potest cōparationibus adequari, naꝫ si regū fulgori cōpares, z principuꝫ diademati,lōge erit inferius, q̄ si plumbi metallum,aut auri fulgorem compares.c.duo sunt. xcvj.dist.z litiū anfractibus prepediti dicti prelati nō valent ascē dere,ex aduerso,neq; sese opponere murum p populo sibi cōmisso. vt ad eos spectat.Ezechie.xiij.que translatiue ponunt in.c.si re ctor.xliij.dist.neq; pascere gregē fm domini preceptū possunt,vt cum apparuerit princeps pastorum pcipiant inmarcessibilem glo rie coronā,vt Petrus scripsit prima sui Epistola.c.vt trāslatiue

5 autē in.c.isto subiectus.xcv.dist.†Exactiōibus ac super indictis suos grauare cōpelluntur subditos,vt se curialesq; laute, ac splē dide pascāt,de quibus Ezechiel cecinit.c.xxxiiij.dicens.ve pasto ribus Israel qui pascebāt semetipsos,nōne greges a pastoribus pascunt,lac comedebatis,z lanis operiebamini,z qd crassuꝫ erat occidebatis,gregem autē meum non pascebatis,qd infirmuꝫ fuit non consolidastis,z qd egrotū non sanastis,quod confractuꝫ est non allegastis.deinde subiungit,z disperse sunt oues mee, eo qd nō est pastor,z facte sunt in deuorationem omniuꝫ bestiarū agri, z disperse sunt,errauerunt greges mei in cūctis mōtibus, z non erat qui requireret,propterea pastores audite verbuꝫ domini, vi uo ego dicit dominus deus,qz pro eo quod facti sunt greges mei

6 in rapinā,z oues mee i deuoratiōnē,z cetera que sequunt.† Ec ce ego ipse super pastores requiram gregem meuꝫ de manu eorum. z cessare faciam,vt vltra nō pascant gregē meum,nec pascāt am plius pastores semetipsos.Et liberabo gregem meum de ore eo rum,z nō erit vltra eis in escam,qz hec dicit dominus deus.Ec ce ego ipse requiram oues meas z visitabo eas.boni pastoris nō est deglutire oues vt hodie fit.gl.in verbo,ɔsumit in clemen , ad

nostraꝝ de censibus. ¶ Super talijs ꝛ superindictis an eas possint reges ꝛ episcopi facere sine peccato ꝛ eas exigere. vide Arch. in.c.qꝛ.x.q.iij. ꝛ Geminia. ¶ Et qd peius est, vt ecclesie prelatis suppetant necessaria ad lites prosequẽdas, laicis locant prelaturaꝝ fructus. ¶ Etiã cum potestate conferendi, qd est horrendũ dictu, qui laici populũ dilaniãt illicitis exactionibus, vt nõ cõtenti lana, carnes vorent, indignissimisq; beneficia ꝯferri faciũt, aut si maius ipsi conferunt, ꝛ vt pecunias plures extorqueãt, eos, q vix legere sciũt, ad sacros ordines admitti faciũt, vnde deus plurimũ offendit, nam proculdubio deus offenditur, si ad sacros ordines quisq; nõ merito, sed ex fauore (quod absit) aut venalitate ꝓuehit. c. pueri. j. q. j. ¶ Et oẽs penas etiã corporales in pecuniarias cõuertunt, vñ grandis perniciosis criminũ ꝑpetrandoꝝ datur audacia, † infinita id genus scelera perpetrant, quoꝝ cã q̃nq; existunt dilata iudicia in possessorijs beneficialibus. ¶ Horũ differendoꝝ iudicioꝝ causa q̃nq; existunt princeps, q̃nq; ipsi iudices, qui caueant si bene sibi velint. nam terribile cunctis instabit iudiciũ, in quo qua mẽsura mẽsi fuerint homines remetietur eis. Matthei. vij. ꝛ Luce. vj. ꝛ. c. qualiter. in primo. de accusa. filius qppe hois vẽturus cũ angelis suis reddet tã principibus q̃ iudicibꝰ, ꝛ vnicuiq; ẽm opa sua Matthei. xvj. ꝛ ad Ro. ij. c. ꝛ ꝑmi Regũ. c. xxvj. dñs retribuet vnicuiq; scđm iustitiã suã ꝛ fidem.

(margin: 7)

❧ SVMMARIVM ❧

¶ Capitulum. xlviij. tertie partis.

1 **Insuper derogatur** † Statutis & cõsuetudinibus de optando, qbus cauetur q vacantibus canonicatibus, & prebendis pinguioribus antiqores canonici pinguiores prebẽdas sic vacãtes optare possint, ista clausula ponit̃ ad tollẽdum dispõnem. c. fi. de cõsue. lib. vj. vbi dr̃, q per rescriptũ aplicum, quo prebenda primo vacatura mandat̃ alicui prouideri, laudabilis illius ecclesie cõsuetudo non tollitur, hinc est q si ibidem est cõsuetudo q antiquiores Canonici vacantes prebendas possint optare gradatim, non obstante rescripto & mãdato apostolico pñt antiqores vacantẽ optare prebendã, nisi cõsuetudini prefate, & similiter statuto deroget̃ vt. s. † Que derogatio necessaria est eo casu qñ mãdat̃ ꝓuideri de prebenda pinguiori, dũo ꝑbendã vero ẽt ex pinguioribus &c. nec isto casu sufficeret gñalis derogatio statutoꝝ, & cõsuetudinũ, vt ponit vna decis. ccc. incip. si mãdet̃ in nouis. q2 grã impetrantis in prebenda non optata suũ nõ posset sortiri effectũ, ex quo expresse mãdat̃ de maiori prebenda ꝓuideri, vñ illã minorẽ non optatã habere non posset, propter. c. cui de nõ. de prebẽdis lib. vj. minus posset hr̃e pinguiorẽ, si ad illã venit̃ tantũ ꝑ optionẽ & cõsuetudinẽ, cui per illas cl'as gñales nõ derogat̃, idõ vt in principio dixi opus est illis in specie derogare. qd ꝓcedit ẽt si gratia sit facta motu ꝓprio ẽm doc. ibi & ponit do. de. s. Gemi. cõsi. ciiij. ¶ † Cessat tñ optio & talis cõsuetudo in ꝑbẽdis vacantibus apud sedẽ, vt dicit tex. in. d. c. cũ in tua, ex quo libera earum dispositio de iure cõi spectat ad Papã. c. l3. de ꝑbẽ. eodẽ lib. nec est opus tũc spẽaliter derogare dicte cõsuetudini de optãdo, s3 sufficit gñalis derogatio statutoꝝ & cõsuetudinũ, que tali casu extendit̃ ad statuta etiã iurata, ẽm Rotã in titu. de rescrip. deci. xij. incip. nota si aliqd in antiqs. ¶ † Cessat similiter optio in ꝑbẽdis & beneficijs qualitercunq3 reseruatis, non tantũ reseruatiõe gñali clausa in corpore iuris vt statim dixi, sed gñalr̃ in oibus vt ponit decis. Rote. ccxix. incip. nota qd ẽm. in antiquis. ¶ Eodem mõ sicut ꝑbẽda vacãs in curia nõ põt optari vt. s. ita nec ẽt fructus grossi obtẽti per canonicũ in curia defunctum, ẽt si illi grossi fructus redeant ad capitulũ. vt vult alia decis. ccxcvj. incip. sicut canonicatus in nouis. ¶ Aduertẽdũ tñ est qd licet predicte decisiones videant̃ velle qd cõsuetudo de optãdo nõ habeat locum gñaliter in oibus qualitercũq3 reseruatis † melius tñ in hoc distinguit Car. cõsi. xvj. incip. dñs Papa vbi dicit qd aut papa facit reseruationẽ gñalẽ bñficioꝝ, sicut aliqñ fit, & tũc in totũ sublata est optio, siue ꝑ se cõferat siue mãdet cõferri. aliqñ facit reseruationẽ spẽale3. & tũc si illa sit facta motu ꝓprio, & idẽ est dõm, sc3 qd nõh3 locũ optio, intelligẽdo tñ vtrũq3 casu3, quod i literis sit clausula saltẽ generalis, vc3 nõ obstantibus statutis, & consuetudinibus &c. alias non intelligeret̃ tollere cõsuetudines particularium locorũ, nisi hoc exprimeret. c. j. de cõstitu. lib. vj. Si vero reseruatio specialis nõ sit facta motu proprio. & tunc nisi apponat̃ clausula specialis, per quam in specie derogatur consuetudini de optando habet locũ optio, argu. c. cõuis. &. c. si ꝑpter tua de rescri. lib. vj. &. c. cum in ecclesia. de preben. eo. lib. Hanc distinctionem sequuntur moderni in. d. c. cum in tua. in. §. in prebendis assignãtes rationem istius vltimi membri, quando reseruatio nõ fit motu ꝓprio, sed ad petitionem alterius, vt sit locus optioni, q2 tunc talis gratia ꝓcedit de radice ambitionis. c. cõuis de preben. lib. vj. ¶ † An aũt valeat cõsuetudo cõtra predicta, scilicet de optando ꝑbẽdas spẽaliter reseruatas etiã motu ꝓprio vl' vacãtes in curia, ponit Calde. consil. iij. in titulo de consue. vr̃ ibi per eum.

3

4

5

6

SVMMARIVM

1 Clausula si aliqui apostolica, vel quauis auctoritate in dicta ecclesia in canonicos sint recepti ad quid in literis ponatur.
2 Clausula aut si aliqui, quare in literis apponatur.
3 Onus iam finitum amplius pro onere non habetur.
4 Clausula seu si hodie pro alio, vel alijs quare in fine lr̃aꝝ ponat̃.
5 Papa dicitur ordinarius ordinariorum.
6 Papa cum omni prelato in iurisditione, & potestate cõcurrit.
7 Clausula seu si super prouisionibus sibi faciendis &c. qd opet̃.
8 Expectantes si sunt pares in data prefertur diligẽtior in ꝓcessu.
9 Pauperes expectantes preferuntur diligentioribus in processu, quo ad beneficia simplicia.
10 Per clausulam anteferri prefertur posterior priori habenti solum ius ad rem.
11 Clausula seu si episcopis archidiaconis &c. a dicta sit sede indultum &c. quid operetur, & .j. nu. 14.
12 Papa nunq̃ per aliqua indulta sibi ligat manus.
13 Par in parem imperium non habet.
15 Rescriptum impetratum contra miserabilem personam non valet, nisi expresse de eius miseria faciat mentionem.
16 Mentio de priuilegio quando dicatur specialiter facta.
17 Mentionem facere assertiue sufficit de priuilegio derogatorio.
18 Clausula de prestando iuramento super obseruatione statuti ecclesie quare ponatur.
19 Cautio idonea, & idoneus procurator qñ accipiatur.
20 Mandatum speciale requiritur ad acceptandum beneficium pro absente.
21 Mandatum speciale requiritur ad iurandum in animam constituentis super obseruantiam statutorum.
22 Impetrans arctatur cum ad ecclesias venerit vigore dicte clausule corporaliter prestare iuramentum de obseruandis statutis licet etiam per procuratorem iuratum fuerit.
23 Clausula volumus autem q cõprimum possessorium beneficij fueris assecutus, quare in literis ponatur. j. nu. 25.
24 Clausula ista, volumus autem, quid vltra ius cõmune operetur.
26 Clausula nulli ergo hominũ liceat &c. quare apponatur, & quid sit effectus, & .j. nu. 28.
27 Inhibitio, ea que de iure fiunt, non impedit.

1 **Post hec** † In lr̃is dr̃, aut si aliqui aplica, vel q̃uis alia auctoritate in. d. ecclesia in canonicos sint recepti, vel vt recipiant̃ insistant, aut al's sibi bñficia expectent &c. Ista cl'a ponit̃ ad tollẽdũ dispõnẽ. c. mãdatũ. de rescri. vbi dr̃ q cessantibus clausulis in dubio Papa nõ intẽdit grauare eãde3 ecclesiã, seu eũdẽ collatorẽ sup ꝓuisione duoꝝ, imo a ꝑncipio papa nõ scribebat ꝑ aliquo bñficiãdo, vt dicit ibi Pan. & dixi ego in principio istius opis, vñ in volu. decreti nõ reperit̃ hmõi grãs vnq̃ fuisse cõcessas, cũ tẽdãt in graue ꝑiudiciũ ordinarioꝝ arg. c. ecce. xc. di. & in. c. puenit. xj. q. j. postmodũ incepit eas cõcedere cũ moderamine tñ vt in. c. cõstitutus. &. c. ex insinuatiõe. de rescr. & idõ qñ scribebat ꝑ scdo apponebat illã cl'am, si ꝑ alio nõ scripsimus, q2 vt dixi non intẽdebat grauare eandẽ ecclesia3 pluribus, prout in sili dr̃ in. l. titia. §. qui inuita. ff. de le. ij. non esse verisimile q pater voluerit grauare filium duplici onere. † Hodie summi Ponti. non habent hunc respectum, imo indifferẽter cõpluribus concedunt literas expectatiuas ad eundem collatorem, & ad tollendum antiquum stilum, & consuetudinem curie de non

2

grauando eundem pluribus apponunt in literis hãc clausulam, aut si aliqui &c. & est notandum, q̃ cum misterio dñi illa verba sint recepti, vel vt recipiant̃ insistãt, ad tollendas gl. opi. Hosti. & doc. in. d. c. mandatũ. distinguẽtiũ vtrum tpe secũdaꝝ literaꝝ prima gr̃a pendeat, vel iam sit executioni mãdata, vt primo casu non valeãt secũde litere, nisi sit apposita predicta cl̃a, per quã cõstet qd̃ Papa velit grauare ecclesiã in pluribus, scđo casu minime, arg. l. ij. in fi. iuncta. l. non tm̃. in prin. ff. de excu. tut. nã in. l. ij. dr̃ q̃ hñs tres tutellas non dz onerari quarta, subdit̃ in. l. nõ tm̃ hoc esse veꝝ, si prime tres pẽdẽt, secus si sunt finite, 3 † & sic pbat̃ ibi q̃ onus iam finitũ non hr̃ amplius pro onere, ergo idẽ in proposito, finita prima gr̃a & executa, non põt allegari pro onere cõ scđm impetrãtẽ. Que distinctio est satis iuridica, lz aliq eã impugnent, & ppea ad oẽm dubitationẽ tollẽdã apponunt̃ pdicta verba, que cõprehẽdũt, & gr̃az finitã, siue executã, & adhuc pẽdẽtez, quod clarius declaratur circa finem literarum, dum dicitur.

4 ¶ † Seu si hodie p alio, vel alijs sup equali, vel equalibus gr̃a seu gratijs in dicta eccl̃ia necnõ ð simili bñficio lr̃as duxerimus ꝯcedẽdas. Nos. n. tã illas q̃ p̃sētes effectũ sortiri volumus quacunqz ꝯstõne apl̃ica ꝯria non obstãte &c. per que verba manifeste apparet de intẽtione, & voluntate Pape volẽtis & intẽdẽtis grauare eandẽ ecclesiã & eũdẽ collatorẽ sup ꝓuisione pluriũ, & iõ bene dicit Panor. in. d. c. mandatũ. q̃ hodie pñt ordinarij multũ ꝯqueri cum ex reseruationibus sũmi Pontifi. & ex lr̃is expectatiuis ius ꝯferẽdi sit quasi abdicatũ ab ipsis ordinarijs. Sed 5 certe si bñ ꝯsiderer̃ hec mã non hñt de quo ꝯquerant̃, † q̃ Papa ꝯcedẽdo reseruationes & gr̃as expectatiuas vtit̃ iure suo cuz 6 sit ordinarius ordinarioꝝ. c. cũcta p mũdũ. ix. q. iij. † & cũ oi plato ꝯcurrit in iurisditione, & ptãte, vt no. Jo. mona. in. c. si eo tpe. de elec. lib. vj. & Bal. in. c. j. qui feu. da. pos. in vsib. feu. in pñ. maxime q̃ reseruauit ipsis ordinarijs quatuor mẽses ad ꝯferendũ, & multi hñt alternatiuas, & sic non excludunt̃ a iure ꝯferendi in 7 totũ, prout latius dixi in prin. operis. ¶ † Deinde seqtur alia cl̃a, vcz seu si sup ꝓuisionibus sibi faciẽdis &c. per istã cl̃am dat Papa antelationẽ expectãti, vt preferat̃ quo ad assecutionẽ bñficiorũ cadẽtiũ in sua gr̃a oibus alijs bñtibus similes gr̃as in illa ecclesia a quocũqz, quibus omnibus pterquã auctoritate sua ibidem in canonicos receptis, aut alia beneficia in illa ecclesia expectantibus, vult illum pro quo scribit anteferri dictis gratijs saluis manentibus quo ad assecutionẽ alioꝝ bñficioꝝ. ¶ Ex qbus verbis suspendit interim gr̃as ab alijs ꝯcessas, & preseruat illas quas ipsemet Pontifex ibidẽ iam alijs expectãtibus ꝯcessit ad quos non extẽdit̃ cl̃a anteferri quasi eos reliquat in dispo 8 sitione iuris cõis scz vt prior in data alteri preferat̃, † & si sunt pares in data tunc prefert̃ diligẽtior in ꝓcessu iuxta. c. duobus. cuz 9 ibi no. per doc. de rescrip. lib. vj. † & ponit decis. Rote. ccccij. incip. nota si vnus in antiquis exceptis paupibus expectãtibus q preferuntur diligẽtioribus in ꝓcessu quo ad bñficia simplicia, ꝓut latius dicã in vltima pte principali circa prerogatiuas, dictas aũt gr̃as ab alijs ꝯcessas suspendit ẽt si per eas ad inhibitionem reseruationẽ, & decretũ, vel al̃s quõlibet sit ꝓcessum, per ista verba vltima credo q̃ includat̃ etiam acceptatio citra tñ ꝓuisionez subsequutã, & sit sensus, vt iste expectãs, pro quo sic scribit̃, preferat̃ alijs bñtib⁹ gr̃as ibidẽ sedis apl̃ice vel legatoꝝ, ẽt si illi pus acceptassent q̃ iste, dũmodo ꝓuisio nõ sit subsequuta, qd̃ sic pbatur, nã per solã acceptationẽ querit̃ tm̃modo ius ad rez vt pbat̃ 10 in. c. quodã. de preb. li. vj. ꝯstat aũt † q̃ per cl̃az anteferri posterior prefert̃ priori hñti solũ ius ad rẽ, vt ibi ponit vna decis. in antiquioribus, que incip. vnus innocẽ. de quo latius dixi. s. in pma 11 pte circa primã formã mãdati de ꝓuidẽdo. ¶ † Subsequẽter in lr̃is dr̃, seu si epis archidiaconis &c. a dicta sit sede indultũ q̃ ad 12 receptionẽ &c. minime teneant̃, & ad id cõpelli non possint, † per ista verba appet q̃ nũq̃ ligant̃ manus pape p q̃cũqz indulta, & ꝓuilegia sua, vel suoꝝ predecessoꝝ, vt pbat̃ in. c. dudũ. & c. quãuis. ij. de preb. lib. vj. q̃ nemo põt sibi legẽ imponere a qua non liceat recedere. l. pe. ff. de pac. l. si qs in pncipio testamẽti. ff. de lega. iij. & iõ q̃cunqz, & qualiacũqz verba dicat summus Ponti. in suis ꝓuileg. vel ꝯstõnibus, aut q̃cũqz ptãtẽ dat alicui. nihilominus maiorẽ retinet penes se ad totũ illud cassandũ vel limitãdũ, & idẽ vt dixi, quo ad priuilegia, & ꝯstões suoꝝ pdecessoꝝ q non pñt successoribus legẽ imponere pari post se, imo eadẽ ptãte fun 13 cturis, † cũ par in parẽ nõ hẽat imperiũ, vt dicit tex. formalis in. c. innotuit. de elec. facit. l. ille a quo. §. tẽpestiuũ. ff. ad treb. & bo. 14 tex. in. c. fi. in vltimis verbis. de rescri. lib. vj. ¶ † Derogat ergo per ista verba oibus ꝓuilegijs & indultis in ꝯriũ faciẽtibus, ẽt si essent talia de qbus ac toto eoꝝ tenore plenã, & expssaz ac de verbo ad verbũ opporteret facere mẽtionẽ, & qualibet alia dicte sedis apl̃ice indulgẽtia nõ obstãte, de qua eiusqz toto tenore habẽda sit in lr̃is mẽtio spãlis, ista verba apponuntur ad tollẽdã surreptionẽ, & defectũ intẽtionis Pape, vt pbat̃ in. c. cũ ordinẽ. de rescrip. vbi p rescriptũ nõ tollit̃ priuilegiũ cistersiẽsiũ nisi i rescripto fiat mẽtio de illo ordine, & sic reqrit̃ mẽtio singularis, put apparet ex verbis pmissis dũ in pncipio huius cl̃e dr̃, seu si epis archidiaconis archipresbytero pposito caplõ, & psonis pfatis, vel qbusuis alijs sit indultũ qd̃ ad receptionẽ &c. p que xba, vt dixi sit spãlis, & singularis mẽtio al̃s nõ sufficerẽt xba sequẽtia q̃tũ 15 cũqz sint gñalia, & pregnantia, † iuxta doctri. Jnno. in. c. significãtibus. de offi. dele. vbi not. dicit, q̃ rescriptũ impetratum contra miserabilẽ psonã non vz, nisi expresse de miseria ipsius faciat mẽtionẽ, per hoc ẽt facit qd̃ no. Cy. in. l. vna. C. qñ impe. inter pup. & vid. vbi dicit q̃ si monialibus aliqbus ꝯcessum est ꝓuilegiũ q̃ non teneãtur ad collectas non tenent̃ ad ꝓcurationes Cardinaliũ, ẽt si habeãt ꝓuilegiũ, q̃ possint imponere collectas nõ obstãte aliquo ꝓuilegio q̃uis in ꝓuilegio Card. dicat̃ q̃ Papa intẽdit derogare cuicũqz ꝓuilegio in ꝯriũ faciẽti q̃q̃ de ipso debe 16 ret fieri mẽtio spãlis † talis. n. mẽtio nõ sufficit, q̃ dz fieri mentio spãlis, qd̃ dictũ ꝓcedit s̃m Card. ꝯsi. cxxxvj. incip. factũ sic se hz in. v. col. qñ in ꝓuilegio monialiũ esset cl̃a q̃ non teneant̃ ad ꝓcurationes, nisi fiat de ipsaꝝ ordine mentio spãlis, & subijcit ibidem exẽplum magis claꝝ ex mẽte Guil. de mõte laud. in cle. dudũ. ver. nos etenim. de sepul. vbi dicit q̃ p lr̃as impetratas a papa sup bñficio non derogat̃ ꝓuilegio cluniacẽsium per qd̃ eis cõcedit̃, qd̃ non teneant̃ recipere impetrãtes apostolicos, nisi de ordine cluniacẽsi, vel de coꝝ indulto in literis fiat mẽtio, & hoc ẽt si in literis impetratis sit clausula nõ obstã. &c. siue qualibet alia dicte sedis indulgẽtia cuiuscũqz tenoris, ẽt de qua opporteat fieri mẽtio spãlis. Ratio oium premissoꝝ est q̃ si secus diceret̃ priuilegium pmum esset nullius roboris q̃ non est dõm, adducit que 17 dam alia Card. in. d. ꝯsi. vt p eũ. † Credo tñ q̃ stãtibus talibus priuilegijs sufficit de ipsis facere mẽtionẽ specificã & singularem assertiue licet non fiat dispositiue argu. c. j. cum ibi nota. de con 18 stitutio. lib. vj. ¶ † Sequitur in literis alia clausula, videlicet seu si presens non fuerit ad pstandũ de obseruandis statutis & ꝯsuetudinibus ecclesie, seu ecclesiaꝝ predictaꝝ solita iuramẽta &c. p ista verba dat̃ intelligi, qd̃ iste actus hoc est pstare iurñ sup obseruantia statutoꝝ requirit mandatũ spãle, put apertius probãt verba que sequunt̃. scz dũmodo in absentia tua p ꝓcuratorẽ idoneũ. i. habentẽ ad hoc spãle mandatũ, prout ego intelligo, arg. l. si mãdato. §. vltimo. ff. mãd. & in. c. ex parte iuncta gl. in ver. suffi 19 ciens. de ver. sig. iũcta. l. sancimus. C. eo. tit. † in quibus iuribus hr̃ q̃ noie cautionis reqr̃r sola pmissio intelligit̃ s; cũ adijcit̃ idonea intelligimus fideiussores vel pignora. ¶ Pari mõ intelligo ꝓcuratorẽ idoneũ in h̃ casu h̃ ẽ hñtẽ spãle mãdatũ, sicut & alias 20 dr̃, † qd̃ ad acceptãdum beneficiũ pro absente requirit̃ spãle mãdatũ, iuxta gl. tritã in cle. vnica. in ver. absenti de ꝯces. prebẽ. nec sufficit ꝓcurator gñalis aut etiã ꝯiuncta persona, vt ponũt doc. in. c. accedẽs. de preb. & Ro. deci. cccxxiij. notat Paulus. in an 21 tiquis facit tex. in. c. fi. de iur. cal. ¶ † Debet ergo hr̃e talis ꝓcurator speciale mandatum iurãdi corporal̃ter in animã ꝯstituentis super obseruatione &c. arg. tex. optimi in. c. ꝓcurator. de elec. 22 lib. vj. ¶ Sed ad hoc est aduertẽdum, † q̃ ex forma literarũ arctat̃ impetrans cũ ad ecclesiam seu eclesias ipsas accesserit corporaliter prestare hmõi iuramentum de obseruandis statutis, & consuetudinibus nõ obstante qd̃ in absentia per idoneũ ꝓcuratorẽ illud pstiterit vt probant̃ illa verba q̃ in lr̃is dñr dũmodo in abs̃ntia tua p ꝓcuratorẽ idoneũ, & cũ ad eccl̃ias ipsas accesseris corporaliter illa pstes. & sic reqrit̃ vtrunqz vt denotat natura copule. l. si hẽdi plures. ff. ð ꝯdi. insti. cũ alijs iuribus tritis & vulgaribus ad hoc. ¶ Penultimo in hmõi gratijs expectatiuis ꝯsue 23 uit apponi hec cl̃a. † volumus ãt q̃ q̃primũ alicuius dignitatis psonatus aut cũ cura administratiõis vel officij seu curati beneficij vigore presentiũ possessionẽ pacifice fueris assecutus eedẽ presentes lr̃e & ꝓcessus habiti per easdez & inde secuta quecũqz quo ad reliquũ illi incõpatibile sint cassa, & irrita nulliusqz roboris vl momẽti. ¶ Pro cuius decl̃one sciendũ est, qd̃ ista cl̃a ponit̃ solũ & dũtaxat, qñ in duabus collatiõibus dat̃ dignitas psonatus administratio cũ cura, vel officiũ, aut beneficiũ curatum, & creat̃ canonicus aliter nõ. & hoc q̃ pluralitas predictoꝝ est incõpatibilis sine dispẽsatiõe. c. de multa. de pbẽ. iuncto. c. j. de ꝯsue. lib. vj. itẽ ponit̃ ad hũc effectũ, q̃ licet detur gratia ad duo incõpatibilia per hoc non censet̃ dispensatum super retentione vtriusqz. c. 24 non potest. §. cũ vero de prebẽ. lib. vj. † imo in hoc plus disponit̃

per

per istam clausulam q̄ per ius commune, qr adepto pacifice pri mo incōpatibili expirat grā quo ad assecutionē scōi, q̄nr nedū ꝓhibetꝰ retētio vtriusq̄z, prout de iure cōi, sed et assecutio, & iō apparet q̄ non stat sine virtute operādi, lz prima facie videaꝰ sona-
25 re idem qd ius cōe, iuxta iura vulg. ¶ † Solet et poni hec cl'a q̄n obtinēti ecclesiam parochialē daꝰ grā ad aliud incōpatibile dōo in hunc modū, volumus aūt q̄ q̄primum vigore p̄ntium dignitatez, psonatū, aut officiū, vel bñficiū curatū fueris pacifice assecutus, dictam parochialē ecclesiā, quā vt preferꝰ, obtines, & quā ex nunc vacare decernimus, oīno dimittere tenearis, ista v̄ba bene ꝯcordant cū dispōne iuris cōis, maxime cū ꝯstōne execrabilis Jo. xxij. & exprimuntur ad maiorē declarationē, & iō illa veba quā ex nūc vacare decernimus debēt intelligi. s. post pacificā assecutionē scōi, non aūt q̄ vacet statim de p̄nti, sed in euentū pacifi-
26 ce assecutionis scōi prout de iure. ¶ † Ultimo dr̄, nulli ergo oīno hoīum liceat &c. cōminaꝰ per hanc cl'am Papa oībus qui ausi fuerint ꝯdicere literis suis sine iusta, & rōnabili cā, vt ꝓbant illa verba que sequūtur, vcz infringere, & ei ausu temerario ꝯ ire. Ex quo pz, q̄ si qs ꝯdiceret, & se opponeret de iure & nō de facto, talis non cōprehenderetꝰ sub ista cl'a, iuxta no. per doc. in. c. in presentia in. iiij. no. de ꝓba. cū alijs que latius deduxi. s. declarando cl'am ꝯdictores cōpescendo, bñ facit q̄ elegāter scribit Old. ꝯsi. cxxxvj. incip. q̄ ex ꝓductis. in fi. col. vbi dicit q̄ inhibitio nō impe-
27 dit ea que sunt iuris, † sed ea que sunt facti, id est ꝓhibet solū ea que de facto fiunt, nō aūt que iuris sunt, & de iure fiunt, alle. l. fi.
28 ff. qd qs. in. & qd not. Inno. in. c. veniens. de p̄scri. ¶ † Effectus aūt huius cōminationis subijciꝰ per illa verba que sequunꝰ, vcz si quis aūt hoc attēptare p̄sumpserit idignationē oīpotētis Dei ac beatoꝝ Petri & Pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursuꝝ, ista cl'a iportat quatenus verbū ip̄m sonat qr Deus & eius apostoli indignati ex hoc nō exhibebūt se gratiosos, vt dicit Bart. in extrauag. qui sint rebelles in versi. indignationē nostrā. ¶ Ex quo seqꝰr q̄ ꝯdicens & se opponēs sine iusta cā literis & mandato Pape peccat mortaliter, prout innuunt predicta verba, qr si Deus illi indignaꝰ, & irasciꝰ, ergo peccat mortaliter, iuxta illud Psalmiste iniquos odio habui, facit. c. odio. lxxxvj. di. & ad p̄ncipale dictū bonus tex. in. c. ij. de ma. & obe. ibi dum in libro Regū legiꝰ, qui nō obedierit p̄ncipi, & gl. exponit idest Pape morte moriaꝰ id est mortaliter peccat, nā dz ei reuerēter parere, vt dicit tex. in. c. si q̄n. de rescript. Bal. tñ in. c. j. §. porro. ij. col. que sit prima causa benefic. amit. dicit q̄ ista verba in literis Pape significant priuationem beneficioꝝ, sed mihi magis placet dictuz Bar. de quo supra. Hec de clausulis principalioribus gratiarū expectatiuarum dicta sufficiant.

SVMMARIVM

1 Clausula, que ponitur quando expectans in forma pauperum vult impetrare aliam expectatiuam, quare apponatur.
2 Impetrans aliam gratiam non de iure in re, sed etiaz de iure ad rem tenetur facere mentionem.
3 Mentio specialis debet fieri de prima expectatiua non alterius impetratione, nec generalis sufficit.
4 Casus in quo non operatur tātū genus quo ad omnia, sicut species quo ad speciem.
5 Pratica. c. si pauper clericus de preben. in. vj.
6 Clausula non obstantibus constitutionibus, & ordinat. apostolicis quando in literis apponatur, & .s. nu. 8.
7 Beneficioꝝ pluralitas canonibus est inimica.
9 Prestimonia an in titulum dentur.
10 Prestimonia residentiam non requirunt.
11 Pensio in titulum assignatur.
12 Clausula ceterisq̄z contrarijs quibuscunq̄z quādo in literis non debet poni.
13 Clausula generalis, q̄ subsequatur aliquibus specialiter enumeratis, non est nouum.
14 Clausula aut ex alterius cuiuscunq̄z persona quare ponatur.
15 Clausula quouis alio modo omnes vacatiōis modos ꝯcernit.
16 Dictio alius est relatiua precedentium cum eadem qualitate.

Sunt & alie Quedam cl'e que ꝑm diuersitatem casuum, & occurrentium negocioꝝ in literis apostolicis apponunꝰ quas cursim ꝓut occurrunt percur-
1 rā. ¶ † Et primo q̄n ille qui expedit literas in forma pauperum impetrat aliā grām expectatiuā solet in scōis lr̄is exprimi hmōi clausula, seu qd beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura ad collationem &c. pertinenes auctoritate literarū nostraꝝ in ea forma ꝑm quā pro pauperibus clericis bñficiandis dudū scripsimus, te asseris expectare, quas qdem literas & processus habitos per easdē, & quecunq̄z inde sequuta ex nunc cassamus, & irritamus. Ista clausula necessario apponitur pp tex. in. c. in nr̄a. de rescrip. vbi ꝓbatur, q̄ bñs vnam grām expectatiuam, si vult impetrare aliam tenetur facere mentionem de prima, alias scōa
2 grā censetur surreptitia. ¶ † Ex quo inferꝰ q̄ nedum de iure in re sed et de iure ad rē dz impetrans aliam grām dz inquā, & tenetur facere mentionem, & ad hoc illū tex. alle. Rot. decis. ccccxlix.
3 incip. quidā bñs in nouis. † Et est notandū q̄ dz fieri mētio expressa, & sp̄alis de prima expectatiua in impetratione alterius, & non sufficit mentio ḡnalis, ꝑm Panor. ibi lz aliud dixerit Compostol. qui putauit sufficere, si dicaꝰ non obstāte q̄ pro eo in alia ecclesia scripsimus, dz ergo mentio esse expressa, & sp̄alis sub ea
4 forma quā premisi, referēdo verba clausule, vt. s. † & sic est casus in quo non operatur tm̄ genus quo ad omnia sicut species quo ad sp̄em, nā lz sub genere cōprehēdanꝰ oēs sp̄ēs ḡnis, vt no. in. l. iurisgētiū. §. sed si fundādo. ff. de pac. tm̄ vbi requiriꝰ notabilis expressio sp̄ei, nō sufficit facere mētionē p genus, & rō est, qr exp̄ssio p speciem posset retardare principem a concessione qd est notā. ¶ Si vero expectans vt supra impetraret beneficiū vacans, tūc poniꝰ clausula q̄ litere sup grā expectatiua ꝯcesse sint casse post
5 q̄ fuerit assecutus beneficium &c. † hec clausula ponitur pp tex. in. c. si pauper clericus. de preb. lib. vj. ideo autem hoc exprimiꝰ, quod litere sint casse, qr postq̄ expectans in forma paupeꝝ assecutus est beneficium, cessat iaz causa primaꝝ literarum, vt dicit ibi tex. nec distinguitur isto casu vtrum beneficium habitum nūc per expectantem sit compatibile, vel incompatibile cum illo, qd expectat, prout alias distinguitur in clem. gratie. de rescrip. quia vtroq̄ casu militat ratio dicti cap. si pauper superius relata.
6 ¶ † Secundo sciendum est, q̄ clausula non obstantibus ꝯstitutionibus & ordinationibus apostolicis tunc demum apponitur in literis, quando datur expectatiua ad duo, vel plura beneficia,
7 † qr pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. c. quia in tātum. de preben. & in. c. sanctorum. lxx. di. Secus quando ad vnū beneficium tm̄, qr tunc nihil obstat arg. c. cum scōm. de preben. nisi ille cui expectatiua conceditur intituletur de alio beneficio.
8 ¶ † Itē non poniꝰ q̄n impetrans obtinet solūmodo p̄stimonia & p̄stimoniales portiones qr in istis ꝑm ꝯsuetudinē multitudo non est canonibus inimica. & iō nō est eis eadem rō, que in beneficijs prout formaliter dicit Old. in simili ꝓposito. consi. clx. incipiē. in
9 ecclesia calaguritana. ad finē. † Qd ego intelligo verū tenēdo illā opinionē, qd p̄stimonia nō assignenꝰ in titulū nec denꝰ pro titulo bñficij, ꝓut notāt doct. in. c. fi. de cleri. nō resid. & in cle. grē. de rescrip. sed tenēdo aliā opinionē qd denꝰ in titulū ꝓut tenuit dn̄s Anto. in cle. fi. de offi. ordi. tunc necessario esset dicta cl'a appo-
10 nēda. posset tm̄ ꝓbabiliter dici illā nō esse necessariā † ex quo p̄stimonia de iure vel ꝯsuetudine nō requirūt residētiā, nec aliqd seruitiū ecclesiasticū vel sp̄uale ꝓut late deduxi in scōa parte p̄ncipali. ¶ Idē posset dici de obtinēte annuā pēsionē sup bñficijs ec-
11 clesiasticis † lz illa q̄nq̄z assigneꝰ in titulū, vt vult gl. in cle. fi. in v̄. qdcunq̄z. de vita & hon. cle. in ꝯriū tm̄ facit tex. cū ibi no. in. c. ad audientiā. de rescrip. & qd notat Jo. an. in. c. postulasti. eo. titu. & domi. in. c. si pauper. de p̄ben. lib. vj. iō circa hoc & et quo ad p̄stimonia me remitto ad stilū & praticaz. ¶ Tertio notandū est qd
12 cl'a. † Ceterisq̄z ꝯrijs quibuscunq̄z non poniꝰ in literis, q̄n dz subnecti aliud ꝯriū, sed ꝯr statutis & cōsuetudinibus ꝯrijs quibuscunq̄z aut si aliqui, &c. vt superius latius deduxi. Est enim clausu
13 la ḡnalis que solet sequi sp̄aliter enumerata. † nō enim est nouū vt aliquibus sp̄aliter enumeratis ḡnalis cl'a subsequaꝰ, que oīa cōprehendat. l. si seruus seruū. §. inquit lex. in fine. ff. ad leg. aql. c. q̄m ꝯ falsam. de ꝓba. & in. c. qui ad agendum. de procur. libro. vj. & ideo notarij in fine orationis solent dicere &c. vt notatur in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posth. ¶ Quo vero ad alias clausulas, que apponunꝰ in mandatis de ꝓuidendo & in nouis prouisionibus dixi latius in prima parte p̄cipali huius operis,
14 vbi descripsi formas hmōi mandatorum † excepta clausula aut ex alterius cuiuscunq̄z persona que iō poniꝰ, quia alias si bñficiū vacaret per obitū alterius p̄sone, vel alias q̄ocūq̄z, nō deberetꝰ taliter impetrāti, nā mors est modus vacatiōis, & mors vnius nō
15 est mors alterius, vt notant in. c. susceptū. de rescrip. lib. vj. † qd procedit etiam si esset apposita clausula, vel alio quouis modo quia illa concernit omnes modos vacationis ex persona illius
16 de quo est facta mentio in literis sed non alterius. † quia verbuz alius est relatiuū precedentium cū eadē qualitate vt in. c. sedes.

de rescrip. ꝛ notatur in. l. si fugitiui. C. de ser. fugiti. quare solet in supplicatiõe addi, vel cuiuſuis alterius, vt ponit vna additio in nouiſ. deciſ. xxvij. ꝛ ista de cl'is principalioribus dcã sufficiant.

SVMMARIVM

1 Litere ad beneficia quibus modis expirẽt, ꝛ. j. nu. 10. 11. et. 15. ꝛ nu. 27. ꝛ nu. 37. et. 40. et. 41.
2 Mandatum mortuo mandante expirat.
3 Ampliatio ad tex. in. c. si cui. de preben. in. vj.
4 Res non dicitur amplius integra ob fulminationem processus, quam fecit executor presentata sibi bulla expectatiua.
5 Executor non potest fulminare processum ante bullas pñtatas.
6 Executori non sufficit ostendere bullam in plumbo existentem.
7 Pape gratia dicitur perfecta per solam signaturam, ꝛ solo eius verbo sine aliqua literarum expeditione, ꝛ. j. nu. seq.
9 Constitutio Pape per testes probari potest.
11 Gratia pauperum non expirat per assecutionem qualiſcunq; beneficij, nisi de eo competenter viuere possit.
13 Negligens quando quis dicatur.
14 Executor secundi potest monere primum, vt. j. certum tẽpus faciat sibi prouidere, quo elapso secundus prouidere poterit. Limita dupliciter vt ibi.
15 Cle. gratie de rescrip. quomodo procedat.
16 A priuatione ad habitum non datur regressus.
17 Per electionem vnius ex beneficijs mihi competentibus etiã re integra penitere non possum.
18 Litigans super curato, si recipit secundum simile, eo ipso liti renunciare videtur.
19 Clem. gratie de rescrip. limitatur.
20 Gratia consumitur per acceptationem nullam scienter factam.
21 Gratia non presumitur in actu, quem quis prouidere debuit.
22 Gratia an sit consumpta ob probabilem errorem.
23 Beneficium habens aliud acceptat putans illud sibi debitum, quando possit ad primum redire.
24 Jus ad rem facilius perditur, q̃ȝ ius in re.
25 Clemen. gratie de rescrip. in tribus casibus locum non habet.
26 Protestatio gratiam preseruat.
28 Executoris potestas durat, donec durat potestas collatoris.
29 Executor cur potest conferre deuolutum ad papam, sed non ad inferiorem.
30 Clemen. si de beneficio de preben. multipliciter limitatur, ꝛ infra nnmero. 32. 34. 36.
31 Executor ad prouidendum potest prouidere etiam post sex mẽses, cum nullum tempus sit ei prefixum.
32 Affectio beneficij tolli non potest in preiudicium impetrantis.
35 Deuolutio an per solam acceptationem impediatur.
38 Executoris processus super narratis an in iudicio fidem faciat.
39 Fides magna ei adhibetur, cui committitur aliquod negocium extra iudiciũ expediendũ, quando super illo negocio refert.
40 Gratia per solam acceptationem consumitur.

Dicendum est Modo de quinta parte principali, vcȝ de durabilitate literarũ apostolicaꝝ, †hoc est qbus modis expirẽt lr̃e ad beneficia circa qd̕ primo occurrit tex. in. c. si cui. in vlti. rñ. de prebẽ. li. vj. iunctis no. in. c. si sup gr̃a. de offi. dele. eo. li. in qbus hr̃, ꝙ si Papa mãdat prouideri alicui de bñficio, expirat mãdatum, si mãdãs re integra moriat̃, per que iura dicit Egid. ɔclu. ccccxliij. incip. ɔcluſ. ꝙ mãdatũ factũ per legatũ de ꝓuidẽdo certe psone de certo beneficio tũc vacãtẽ expirat ipo iure legato moriẽte añ mãdati executionẽ, q꞉ añ ꝓuisionẽ dr̃ res integra, †iõ mortuo mãdãte expirat mãdatũ. §. recte. insti. mãdati. ꝛ ista ɔclusio Egid. est notãda pro ampliatione. d. c. si cui. †q꞉ ille tex. loq̄tur qñ mãdat̃ ꝓuideri certe psone de incerto incerto bñficio vacaturo, quo casu nõ est tñ dubiũ, cũ gr̃a nõ respicit, nec videat̃ afficere aliqd̕ bñficiũ certũ. At in casu ɔclusionis Egid. cũ scribit̃ de certo bñficio iã vacãte, vr̃ q̃situ ius saltẽ ad rẽ illi, pro quo scribit̃, ꝛ tñ ante ꝓuisionẽ dr̃ res integra, ꝛ expirat gr̃a vt. s. idẽ vr̃ tenere Rot. deciſ. ccclxix. incip. si Papa. in nouiſ. ¶ Et per hec infero ad intelligentiã regule reuocatorie expectatiuaꝝ, q̃ fit in crastinũ assumptionis moderni Pontificis, q꞉ per illã reuocant̃ expectatiue, que in aliqua sui pte sunt sortite effectũ, vñ a ɔ̃rio sensu, si aliqua ipsaꝝ non est sortita aliquẽ effectum non censet̃ reuocata ipso facto p mortẽ ɔcedẽtis, ꝛ iõ solẽt oẽs indifferẽter reuocari qñ noue expectatiue ɔceduñt, †nã vt dicit domi. post Lap. in. d. c. si cui. pp fulminationem processus quã fecit executor presentata sibi bulla expectatiua non dr̃ amplius res integra, ɔ̃r talis gr̃a nõ reuocat̃ ipso facto per obitũ ɔcedentis, nisi per successorẽ expresse reuocet̃, vt ꝓbatur in. c. pe. ꝛ fi. de preb. li. vj. in qbus pȝ ꝙ Bonifa. reuocauit expresse expectatiuas Celestini, per quas erat q̃situ ius ad rem, ꝛ ita facit qlibet modernus Ponti. vt superius dixi. ¶ Ideo aũt dixi de fuminatione processus, quã fecit executor bulla expectatiua sibi pñtata, †q꞉ executor qcũq; nõ põt fulminare ꝓcessum, nec qcquam aliud exeq de hijs, que sibi ad exequendũ mãdant̃. nisi primo receperit lr̃as sue pñtis, nã ante earũ pñtationem hȝ pñtem habitu, sed non actu, vt probat tex. in. c. super eo. in fi. ꝺ appel. ꝛ in. c. vt debitus cũ suo vero intellectu. eo. ti. vbi pȝ ꝙ impetrans primum rescriptum, ꝙ nondũ est presentatũ, non põt excipere de ipso facto ꝯ̃ scdm̃, ꝙ est pñtatũ, donec ipm̃ primum pñtet, q꞉ virtute primi iudex per ipm̃ datus ꝓcedere non põt ante illius receptionẽ, ꝛ ita per ista iure tȝ expresse deciſ. ccccliх. incip. circa tertiũ in nouiſ. vbi subijcit hec verba. Indubitatũ est ꝙ executor nondũ pñtatis literis non põt facere ꝓcessus per not. Jo. an. in nouella in. c. duobus. in gl. mag. ꝺ rescript. ¶ †Et ex his pȝ, ꝙ non sufficit ostendere bullam expectatiuaꝝ executori existentẽ in plumbo, lȝ illa iã sit plũbata, put aliqui maliciosi faciunt tamen propter regulam modernam, que hoc vetat expresse, tamen etiam ex dispositione iuris cõis, ſm ꝙ vbiq; ponderatur receptio literarum, vt probat tex. in. c. cum teneamur. in prin. de preb. ibi mãdatum nostrum receperis, ꝛ in. c. susceptum. de rescrip. lib. vj. in prin. ꝛ clarius in. d. c. super eo. in fi. ibi literas recepisse. ¶ †Nec obstat predictis, ꝙ gratia Pape dicitur perfecta de iure per solam signaturam, ꝛ solo eius verbo, sine aliqua expeditione literarum, vt probat tex. cum gl. in. c. institutionis. xxv. q. ij. ꝛ in cle. dudum. §. nos enim. de sepul. ponit Rota deciſ. dccclxxxij. incip. nota ꝙ vbi gratia, in antiquis, q꞉ ad hoc rñdeo ꝙ lȝ sit perfecta quo ad se in suo esse non tamẽ quo ad potestatem executoris deducendam ad actum, nisi post confectionem, ꝛ presentationem literarum, argumen. l. vnice. C. de mand. princ. ꝛ in. c. nobilissimis. xcvij. distinc. Preterea dato quod sit perfecta in se, vt dixi, tamen non potest probari nisi per literas maxime de stilo curie, vt dicit decisio. cccxxxij. incipien. licet Romana curia. in nouissimis.

¶ Et iõ dicit nota. Egidius ɔclusio. dcxliiij. incip. † si Papa ꝙ p solã signaturã nõ dr̃ dispositũ de bñficio, si ipetrãs moriat̃ vel vxoret̃ seu religionẽ ꝓfiteat̃ lr̃is nõ ɔfectis. q꞉ sola signatura nõ ꝓbat. lȝ in h̕ aliq teneãt ɔ̃riũ, vt p Jo. an. in ꝓn. lib. vj. in nouel. ꝛ p Arch. in. c. si electio sup ver. ex eo. de elec. eo. lib. sed primũ est verius, ꝛ ꝓcedit de stilo vt dixi. imo ẽt de iure ſȝ aliquos q tenẽt qd̕ gratia Pape nõ dr̃ perfecta, nisi reducat̃ in mundũ, argu. l. ɔctus. C. de fide instru. ꝛ hoc tȝ glosator regularũ in regula. xxv. vbi allegat Bal. hoc aperte dicẽtẽ in. c. j. in. ij. col. p quos fiat inuesti. ꝛ Old. ɔ̃s. ccxxvj. qd̕ articuli dati ꝛc. ¶ Ego tñ ꝺ iure hoc nõ ausim firmare p primo allegat. Itẽ cũ sint certi casus in qbus requirit̃ scriptura de qbus p gl. in. c. j. de cẽsibus li. vj. in alijs vr̃ pmitti qd̕ fiat ꝓbatio p testes † ꝛ iõ dicat Rota deci. xcvj. incip. nota qd̕ reseruationũ. in antiqs qd̕ ɔstitutio Pape põt ꝓbari p testes q assistebãt ei, q꞉ scriptura nõ est de esse siue de substãtia legis siue ɔ̃stõnis, vt dicit alia deci. cclvj. incip. ɔstitutio in nouiſ. ꝛ hoc teneo de iure. ¶ †Scdo principaliter expirãt lr̃e ad bñficia qñ cessat cã pp quã ille fuerũt ɔcesse. ꝛ iõ litere in forma pauperũ expirãt si pauper clericus expectãs sub tali forma assequat̃ interim aliud bñficiũ. c. si pauper. de ꝓbẽ. lib. vj. Papa enim p illas literas intendit ꝓuidere paupertati clerici nullũ bñtis bñficiũ, vñ si interim assequat̃ aliqd̕ bñficiũ, iã nõ dr̃ pauper, ɔ̃r cessante cã mandati cessat mandatum, vt ibi ꝛ in. c. postulasti. de rescrip. ¶ Et est notãdũ qd̕ acceptãdo qd̕libet bñficiũ pauper expectãs renũciat sue gr̃e ſm do. ibi q꞉ tex. nõ distinguit quale vel q̃tũ debeat esse bñficiũ qd̕ acceptat̃, ſȝ dicit simpliciter aliud bñficiũ. †Credo tñ ego qd̕ debeat esse tale bñficiũ de quo possit viuere ɔpetẽter, q꞉ alias nõ cessaret cã mãdati, cũ per beneficium multũ tenue non censeat̃ prouisũ eius paupertati. facit. c. de monachis. ꝛ qd̕ ibi nota. de preben. ꝛ in. c. is cui. eod. titu. libr. vj.

¶ †Tertio expirant hmõi litere ad beneficia quãdo ille cui mãdatur prouideri de prebenda prima vacante negligit petere primam sibi debitã tunc extinguitur gratia per ipsius negligentiã. c. si clericus in prin. de preben. libr. vj. † Quãdo aũt dicatur esse negligẽs dicit ibi glos. quod istud arbitrio boni viri idest iudicio relinquendum est arg. l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. ob non. n. statim post mortẽ necesse habet eã petere, imo aliquod tempus sibi assignandum est in quo deliberet, an prebenda sibi debeatur de iure

de iure vel non, idez dicunt do. de Rota. decis. ccccxrij. incip. no
14 ta primus & scds in antiquis, †asserētes cōiter praticari φ exe-
cutor scdi impetrantis pôt mouere primum, vt faciat sibi ꝓuide
re presigēdo eidē tps cōpetēs, quo elapso poterit scds ꝓuide-
re, sz iste casus limitādus est dupliciter. ¶ Primo nisi in literis
primi esset cl'a quā duxerit acceptādā, qr tunc lz per negligētiaz
obmittat primam acceptare, poterit nihilominus petere scdam
nulli alij debitā, fm Rot. decis. xxxvij. inci. no. φ vbi &c. nec isto
casu hz locum dispositio. d. c. si clericus. idē tz Domi. ɔsi. cviij. in
fi. col. vbi vnum aliud addit, φ cl'a predicta quā, vel qđ duxerit
acceptādū operaṫ, φ si impetrās male acceptat primuz, pôt illo
dimisso aliud acceptare, φ alias nō posset. ¶ Scdo litaṫ qñ ne-
glexit petere debitam, adhuc tñ res est integra, tūc pôt illā adhuc
vacantē petere, & acceptare, fm gl. ibi in ver. aliam. & seqṫ Egid.
ɔclu. dccxxxviij. incip. canonicus, alleg. ad hoc tex. in. l. mācipio
rum. ff. de opt. leg. & in. c. si tibi absenti. de preb. lib. vj. & Inno. in.
15 c. cū in cūctis. de elec. ¶ † Quarto modo expirāt qñ expectans
bñficiū ɔsequiṫ aliud qđ cū illo φ expectat de iure tenere nō pôt
vt est casus in cle. grē. de rescri. φ procedit ēt, si tale beneficium
recipit nedum in titulum, sed ēt in perpetuam vicariam, fm Ro.
ɔsil. ccclvj. incip. Circa pmum, argumēto cle. vnice. de offi. vica.
¶ Et est notandū φ hmōi grā per talē modum semel extincta
amplius non reuiuiscit, lz ille renūciet, vel sit paratus renunciare
16 bñficio interim adepto, vt dicit ibidē tex. in fi. † qr de priuatione
ad habitū non daṫ regressus. l. qui reo. §. aream. ff. de solu. ad qđ
17 facit glo. not. in. c. gratia. in gl. fi. de rescri. lib. vj. † que dicit φ si
elegi vnum ex bñficijs mihi competētibus non possum penitere
ēt re integra, per r'ām φ semel placuit, li. vj. facit ēt † φ elegāter
18 ponit Pet. de anch. ɔsi. ccxiij. incip. Franciscus. vbi dicit φ liti
gans sup bñficio, & acceptās fm, φ cū primo de quo litigat tene
ri nō pôt, vr̄ eoipso liti renunciare, per. d. cle. gratie. alleg. ēt In-
19 no. & Compost. in. c. in nr̄a. de rescrip. qđ est notandū. ¶ † Limi
taṫ tñ iste modus, & d. cle. gratie, vt non habeat locum in eo qui
recepit fm incōpatibile credēs in eo sibi ius cōpetere, tñ qr text.
in. c. eum qui. de preb. li. vj. supflueret, tum ēt, qr dispositio. d. cle.
gratie, loquiṫ in tacita renūciatione, quam ignorans nō presumi
tur facere, arg. l. si per errorē. ff. de iur. om. iu. & ita mirabiliter fir
mat Egid. ɔclu. cccccl xij. incip. ɔclusio φ clem. gratie. &c. subij-
ciens φ tali casu presumiṫ ignorantia, nisi probeṫ scientia. l. ve-
rius. ff. de pba. cū si. ¶ Sed de istis verbis, & de tota ista ɔclusio
ne Egi. ego valde dubito, lz istis diebus fuerit deducta, & alleg.
in pratica coram do. de Rota, ratio que me mouet est, qr ille fuit
in culpa acceptando fm sine protestatione ɔsueta, vcz si & in q̄ɔ-
tum, &c. alioquin &c. per glo. in. c. cum in multis. de rescrip. in. vj.
20 col. cum alijs per Ro. ɔsi. cccxxix. incip. presens cōsultatio, † vbi
expresse approbat dictuz illius gl. intelligndo eam in faciente ac
ceptationem nullam scienter, & tunc grā consumatur, pro quo fa
cit. l. iij. iuncta. l. seq. que incipit scipbi. ff. de op. leg. vbi probatur
φ hñs facultatem acceptandi iure proprio, si scienter male acce
ptat suam acceptādi facultatem intelligiṫ ɔsumpsisse, ad idez fa-
cit tex. in. c. si cōpromissarius cum ibi not. de elec. lib. vj. & qđ al's
dr̄ malam electionē scienter facienti eaz in culpā ascribi, pp quā
facultate sibi ɔcessa priuatur. l. j. §. hec actio. ibi sibi imputare de
bet. ff. si mens. fal. mod. dix. & in. l. iij. cum. l. seq. ff. de min. ita dōm
est in proposito istius dubij, qr imputare dz sibi φ acceptauit si-
ne protestatione, & non preuidit illud quod preuidere debuit scz
sibi nullum ius in dicto beneficio competere. l. si qs domū. ff. loc.
21 & per Jo. an. in. c. ioannes. de bomi. † vñ in actu quē debuit pre-
uidere non presumiṫ ignorantia, nec est probabilis, arg. l. cetera.
§. si. ff. de leg. j. quem tex. ad hoc vltimuz formaliter alleg. Rot.
decis. cviij. incip. no. φ vbi aliqs, in antiqs, & sic de directo cōtra
Egid. qui dicit φ hoc casu presumiṫ ignorātia, nisi probeṫ scien-
22 tia, sed esto φ hoc sit veruz, † & qđ pp probabilem errorem gra
tia non sit ɔsumpta, qñ possit variando aliud acceptare per. l. ij.
in fi. ff. de opt. leg. vbi probatur non consumi facultatem acceptā
di ob acceptationem illegitime factam errore ꝓbabili, tñ dico φ
adhuc fuit in culpa, si presupponaṫ, qđ fuit in mora non relaxan
di possessionem statim φ sibi ɔstitit ius in dcō bñficio non hr̄e, &
sibi illud nō esse debitū, vñ p h' cēseṫ sua grā ɔsumpta p tex. quē
23 Ro. dicit sing. in. c. si bñficia. de preb. lib. vj. † vbi hr̄ φ hñs bñfi-
cium si aliud acceptat putans illud sibi debitū. Ita demū reddit
ad primū, si postq̄ certior effectus est de iure sibi nō cōpetēti in
scdo oino, & sine difficultate aliqua illud acceptatū dimittit, φ si
difficultatem in dimittēdo fecerit, tunc pdit facultatē redeūdi ad
primū, in quo habebit ius totale, ergo multo fortius pdit qs cō
moditatē grē expectatiue, p quā prius & añq̄ deducaṫ ad actuz

24 consequitur quis ius solūmodo ad rē, † φ facilius pdiṫ q̄ ius in
re. c. antepe. de preb. lib. vj. & in. c. fi. de ɔces. preb. eo. li. pdit inq̄
cōmoditatē gratie, si certior effectus de nō iure suo in bñficio ac
ceptato illud sine difficultate nō relaxat, sed mora, & negligentia
pcedēte, nec est necesse isto casu expectare sniam sup declōne nō
iuris sui, imo statim pôt, & debet illud dimittere, vt possit aliud
acceptare, vt probat multis rationibus Roma. in prefato con
sil. cccxxix. φ est celeberrimum in ista materia. Idem expresse te
nent do. de Ro. decis. cxlij. incip. no. φ vbi est notoriū. in antiqs.
¶ Ex quibus pz φ multipliciter reddiṫ dubia prefata conclusio
25 Egid. de qua. s. si ita gn̄aliter intelligaṫ prout sonat, † ideo vt sal
ueṫ oportet eā restringere, vt intelligaṫ altero de tribus modis,
26 vel qñ recepit fm incōpatibile cū ꝓtestatione, vt. s. † qr ꝓtestatio
preseruat grām, arg. l. pro herede. ff. de acqr. here. & eoꝝ que hñr
in. c. cum. M. ferra. de ɔsti. vel qñ nō habuit pacificā possessio.
scdi, nec per eum stetit, quominus hr̄et. c. cōmissa. de elec. lib. vj.
& in. c. lz eps. de preb. eo. li. aut tertio casu qñ ꝓbabili errore du-
ctus credidit sibi ius in scdo cōpetere, demū certior effectus de
non iure suo statim sine aliqua difficultate illud relaxauit, qbus
casibus pma gratia salua manet, vt virtute illius possit accepta-
re bñficium in ea inclusum, per. d. l. ij. ff. de op. leg. iuncto. c. si be-
27 neficia. & hoc modo cessant omnia ɔria. ¶ † Quinto principali-
ter expirāt qñ gratia ɔprehendit primū vacatuꝝ, ita φ nō aliud
vlterius, quo casu si certa psona grauaṫ p rescriptū dato execu-
tore, & illius. s. collatoris tps est elapsum puta semestre ob hoc,
φ deuolutū ad inferiorē, certe tūc post deuolutionē executor se
28 intromittere de illo bñficio nō pôt, † qr durat eius ptās solū do
nec durat ptās collatoris, casus est iuncta gl. in cle. si de bñficio.
de preb. & rō huius dispōnis est fm Car. ibi, qr aut executor vult
ɔferre tanq̄ spectās ad collationez primi, & nō pôt, cū amplius
ad illius collationē nō spectat ea vice tanq̄ ad alium deuolutū.
c. ij. de ɔces. prebē. aut vult ɔferre tanq̄ spectās ad collationem
eius, ad quē facta fuit deuolutio, & similiter nō pôt, qr de illo nō
recepit mādatum, nec dz grauari non expressus in rescripto. c. cū
in illis. in fi. de preb. lib. vj. Item per hoc preiudicareṫ iuri que-
29 sito tertio, quod sibi auferri nō dz, r'a indultum. cū vulga. † Hec
dicunt procedere, nisi per tot negligentias collatio steterit in su-
spenso φ ad Papam sit deuoluta, tunc enim executor conferre
illud pôt per illā cle. in fi. & rō est qr hoc vltimo casu cessat cā gra
uaminis & preiudiciū tertij, cum Papa nō possit dici grauari a
seipso, & rescriptū late sit interpretandū in preiudiciū ɔcedētis.
c. cū dilecti. de dona. nimirū si pôt ɔferre deuolutū ad Papā. lz
nō reseruatū spāliter aut gn̄aliter ꝓut de hoc vltio attestanṫ dñi
de Rot. deci. ccccl xxxix. inci. nūcius apostolicus in nouis. & alia
30 deci. cccj. in antiquis. ¶ † Sed iste casus est multipliciter limitan
dus. prio vt nō pcedat in executore dato ad prouidendū, qr tūc
p solā pñtationē litterarū factā ordinario effectū est bñficiū, ita
vt amplius nō curaṫ diligentia vel negligentia illius in ɔferendo
qr si post terminū statutū ab executore ordinarius fit negligens,
non causaṫ deuolutio ad inferiorē, sed executor poterit ꝓuidere,
eo amplius nō vocato, casus est in. c. si capitu. de ɔces. preb. lib.
vj. nec isto casu hz locū qđ dicit Car. in. d. cle. si de bñficio, φ du-
rat potestas executoris solū donec durat ptās collatoris prout
31 . s. retuli. † qr imo executor ad prouidendū pôt ꝓuidere etiā post
sex mēses, cū nullū tps sit sibi prefixū ad prouidendū, tz Pau. in
cle. vnica. §. secus de ɔces. prebē. lz ɔriū innuat ibi gl. in ver. j. mē-
sez sic intellecta p Car. ibi & clarius in ɔs. lxj. tñ primū est verius,
qr executor succedit in locū pape, cui nō ē statutus terminus nec
currūt tēpora. & ita p istā rōnem tz Cal. ɔsi. xxxij. incipi. an sicut.
in titu. de preben. lz eius ratio posset cauillari per. c. statutum de
preben. lib. vj. sed de hoc alias in superioribus latius dixi. ad qđ
circa istud me remitto. nō pcedit ergo dispositio. d. cle. si de bene
ficio in huiusmōi executore ad ꝓuidendū qđ vr̄ satis iuri confo-
nū per. s. dicta lz gl. & doc. ibi gn̄aliter loquanṫ intelligētes illum
tex. in quolibet executore indistincte de quo satis miror. submit-
32 to me rationi & veritati. ¶ † Secundo limitaṫ vt procedat in
executore ad compellendū qr per pñtationē hmōi mandati non
afficiṫ beneficium consequenter, si ordinarius est negligens p sex
menses causatur deuolutio ad inferiorez, & habet locum. d. cle. si
de beneficio. nisi in lr̄is esset decretū irritans, aut executor ordina
rio insinuasset & interdixisset, qbus casibus cū sit affectū bñficiū,
adeo φ alteri facta de eo collatio nō tz, vt probaṫ in. c. si soli. de
ɔces. preben. lib. vj. certe nec poterit causari deuolutio ad inferio
33 rē. † nā affectio beneficij que predictis casibus induciṫ tolli nō pt
in preiudiciū impetrātis per negligentiam ordinarij sicut nō tol-
litur per contrariū factum. idest per collationem quam facit al-

Sexagesimoprimo Quero, Dixi supra. q. lviij. ꝙ papa potest priuilegiare aliquos, ꝙ non teneantur ad solutionem subsidij seu decime papalis, Pone, ꝙ quidam priuilegiatus instante collectore pape soluit subsidium, cum protestatione, ꝙ per talem solutionem non preiudicetur priuilegio suo, an protestatio eum iuuet, ita ꝙ remaneat sibi saluum priuilegium in solutione alioꝛum subsidioꝝ. Dic ꝙ sic, p tex. i. l. j. ⁊ quod ibi notat Bart. C. de his q sponte ciuilia munera susce. lib. x. Et p id qd̃ notat Cy. in. l. voluntarie, in. v. q. C. de excusa. tuto. Et idẽ tꝫ Ludo. ponta. consi. ccliij. quod incipit. In christi nomine amen pro decisione proposite consultationis, in vltimo dubio. ℄Et idem dico, si nulla emanasset protestatio, si per vim compulsus est † soluere, per tex. in. l. cura extruendi. circa prin. versi. nec si per vim extortum. ff. de mune. ⁊ bono. ℄Si autem sponte, ⁊ sine protestatione soluisset, tunc penderet ab illa vulgari questione, an per vnicum actum contrariũ videatur quis renunciasse priuilegio suo, de qua late per Cy. in dicta. l. voluntarie, ⁊ per Inno. in. c. accedentibus, de priuile. ⁊ per glo. ⁊ omnes doctores in ca. cum accessissent, de constitutio. An autem protestatio predicta vitiet illam solutionem subsidij factam pro tempore protestationis, Cy. sentit ꝙ non in dicta. l. voluntarie in quinta questione.

℄Eps vel collectoꝛ ꝯcurrentes cũ creditore p̃ferrunt̃ creditori.

SVMMARIVM

1 Ante omnia census debet solui superiori.
2 Dominus prius deducit sibi debitum a seruo.
3 Actio funeraria prefertur creditoribus.
4 Actio fiscalis prefertur creditoribus.

℄Quest. lxij.

Sexagesimosecundo Quero, Si episcopus nomine proprio, vel collector noie pape exigat subsidiũ charitatiuũ a subditis bñficiatis, ⁊ eodẽ tpe cócurrãt creditores clerici, a quo petit̃ subsidiũ, an debeat preferri creditoribus petens charitatiuum subsidiũ. 1 † Dico ꝙ sic, qꝛ ante oia solui debet census superiori, secundũ Jo. and. ⁊ Anto. de but. in. c. eã te. de eta. ⁊ quali. ⁊ Arch. i. c. cũ singula, circa mediũ de pbẽ. li. vj. 2 Sicut dominus† prius deducit, quod sibi a seruo debet̃, vt. l. sed si damnum. §. peculium, ⁊ 3 §. preterea. ff. de peculio. † Nec mirũ, qꝛ si funeraria actio ⁊ multe alie de quibus in. l. ij. cũ sequẽti. ff. de priuileg. credi. habent priuilegium, vt preferant̃ alijs creditoribus, multo fortius hec, que 4 † est fiscalis, ⁊ valde pia, vt probat̃ ex tex. in. c. cũ apostolus. §. prohibentes, de censi. Hoc tñ intelligunt verum Jo. an. ⁊ Anto. de but. in. d. c. eam te. Si debitum fuit contractũ cũ clerico ignorante vel ꝯdicente prelato nunc subsidiũ exigentes, secus si illo sciente, qꝛ tũc platus ꝯcurreret cũ alijs creditoribꝰ, p. l. j. ff. de tribu.

¶ Episcopus concurrens cum collectore pape in petendo subsidium charitatiuum, vterqꝫ potest exigere.

SUMMARIUM

1 Duo visitantes eodẽ tpe ꝯcurrentes habebũt duas visitatiões.
2 Unus visitans vice duorum duas habebit procurat.
3 Subditi si non possunt soluere nisi vnuz subsidium collector pape preferretur, ⁊ aliud cessabit.
4 Procuratio semp pstabit̃ maiori qñ oibus prestari non potest.

¶ Quest. lxiij.

Sexagesimotertio Quero, Si episcopus petit charitatiuum subsidium a subditis, ⁊ eodẽ tpe collector pape ab eisdem petit subsidiũ, ⁊ vterqꝫ petit ex legitima causa, an vtriqꝫ sit prestandũ. Respõdeo ꝙ sic si vtriqꝫ põt prestari, p id quod scribit Ant. de bu. 1 post doct. in. c. cũ nuper. de censi. vbi dicit, † ꝙ si eodẽ tpe cócurrant duo visitantes ecclesiã, habebunt duas procurationes. 2 † Et idez erit ßm eos, si vnus tantũ visitat vice duoꝝ, quibus cõpetit 3 visitatio. ¶ † Si vero subditi nõ possent soluere, nisi vnicũ subsidiũ, debet illud solui collectori pape, ⁊ cessabit subsidiũ impositũ p episcopum, arg. in. c. qui resistit. xj. q. iij. ⁊. c. si a sede. de prebẽ. li. vj. ¶ Et pro hoc allego quod notant Arch. Jo. an. ⁊ Domi. in. c. romana. de cẽsi. lib. vj. vbi dicunt ꝙ si archiepiscopus ⁊ metropolitanus ⁊ episcopus diocesanus visitant ecclesiã, ⁊ ecclesia 4 nõ põt prestare, nisi vnicam procurationẽ, † illa prestabit̃ archiepiscopo tanqꝫ maiori, nõ aũt episcopo. Similiter dicentes, ꝙ si archidiaconus, cui ex ꝯsuetudine cõpetit visitatio, ⁊ episcopus visitant ecclesiã, que nõ põt prestare nisi vnicã procurationẽ, illa prestabit̃ episcopo, nõ aũt archidiacono. Pro hoc ẽt quod notat Inno. in. c. in lateranensi. vltra medium de preben. ⁊ in. c. cuz ex officij, in glo. sua pen. de prescri. quẽ sequit̃ Arch. ix. q. iij. in. §. fi. Et pro hoc facit. l. contra pupilluz. §. is qui ad maius. ff. de iudi. ⁊ qd̃ notat Hostiẽ. in summa de ma. ⁊ obe. §. ⁊ ad quid, ver. quid si duo sunt, ⁊ glo. in. c. cum parati. de appellat. ¶ Si autem exigentes subsidia diuersa essent paris ꝯditionis, tunc recurrendũ esset ad glo. magistram in. l. ciues. C. de incolis, li. x. Et ad ea que plene scribit Spe. in titulo de feu. §. quoniã, versi. xij. ⁊ versi. sequenti. ⁊ Ludo. ponta. cõsi. xlvij. quod incipit. in Christi nomine amen, visis necessarijs, vbi plurima adducit, hoc tamen difficile esset reperire p. c. quoniam in plerisqꝫ, de offi. ordi. ⁊ sicut in vnaquaqꝫ. xxj. q. ij. Nisi forte ex dispẽsatione pape, prout fuit in Augustino, vt in. c. nõ aũt. vij. q. j. Et hic adde qd̃ scripsi supra. q. lj.

¶ Exactio charitatiui subsidij facta pendente locatione cadit lucro conductoris.

SUMMARIUM

1 Illa que non renascuntur non censentur in fructu.
2 Lucruz quod pcipit̃ ex prthocollis notarij nõ dicunt̃ in fructu.
3 Lucrum capsoldi proueniens ex renouatióibus cedit ꝯductori.
4 Lucrum proueniens ex iurisdictione castri dati in dotem mariti cedit marito.
5 Nõ semel natũ est nõ idẽ renascit̃, ſꝫ aliud eiusdem generis.
6 Subsidium charitatiuum quomodo dicatur fructus.
7 Subsidium charitatiuum ꝙ non cedat cõductori quantitas precij, ⁊ alie coniecture considerantur.

¶ Quest. lxiiij.

Sexagesimoquarto Quero, episcopus locauit cuidã oia bona ⁊ fructus episcopatus sui, ꝯtingit postea, ꝙ durãte locatiõe eps exigit charitatiuũ subsidiũ a subditis, Utrũ illd, qd̃ pcipit̃ ex solutione subsidij cedet̃ debeat lucro ipsius ꝯductoris. 1 † Uĩ ꝙ nõ qꝛ illa nõ cẽsent̃ in fructu, q̃ nõ renascunt̃, vt. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. soluto mat. Et ideo dicit ibi Bar. ⁊ in. l. qdã. §. nihil. ff. de edendo, ꝙ illud qd̃ nõ pcipit̃ nisi semel, vt est lucrũ qd̃ pcipit̃ 2 † ex prothocollis notarij, nõ dr̃ esse in fructu. Cõtrariũ credo eẽ verius, ꝙ immo cedat lucro ꝯductoris, p tex. in. j. vsufructu legato. §. j. ff. de vsufruc. ⁊ in. l. itẽ si fundi in prin. eo. titu. ⁊ in. l. pretor ait. §. qd̃ de fructibus. ff. de bo. auc. iudi. poss. ⁊ in cle. statutuz, de ele. Et pro hoc allego qd̃ plene notat Joan. and. in addi. spec. in tit. de loca. §. nũc aliqua. ver. xciij. vbi post multa vr̃ ꝯcludere, ꝙ nisi de mẽte ꝯhẽtiũ vel ex ꝯiecturis aliter psumat̃ ꝯductori fru 3 ctuũ ecclesie cedit † lucrũ capsoldi, pueniens ex renouationibus vel inuestituris, quas facit platus. Ad idẽ qd̃ notat Bar. i. l. fi. ff. so. mat. quẽ sequit̃ ibi Joã. de Jmo. vbi tꝫ, ꝙ si mulier dedit ca 4 strũ in dotẽ marito, ẽt lucrũ qd̃ puenit † ex iurisdictione vt ꝯdẽnatiões ⁊ mulcte seu pene, q̃ exigunt̃ pp delicta, dicunt̃ esse i fructu, ⁊ cedunt lucro mariti. Et rñdet ibi Bar. ad illd, qd̃ dr̃, ꝙ nõ 5 dicunt̃ fructus, nisi renascant̃, dicens † ꝙ nunqꝫ ex aliqua re illd idẽ qd̃ semel natũ est, postea renascit̃, ſꝫ aliũ eiusdẽ generis, ⁊ ita est in iurisdictione, qꝛ sepe, ⁊ sepius ꝯtingit, ꝙ cõmittunt̃ delicta, pp q̃ pene mulcte ⁊ ꝯdẽnationes bonoꝝ iponunt̃, q̃ dicunt̃ renasci lꝫ nõ in eodẽ numero ⁊ specie bonoꝝ. Et eodẽ mõ dico, ꝙ cũ 6 subsidiũ † charitatiuũ possit vltra semel iponi, vt ꝯclusi supra questione. xxij. Cũ pluries occurrere possint legitime cause, ex qbus rõnabiliter possit exigi subsidiũ, satis dici possit, ꝙ hic fructus renascat̃, ⁊ p hoc remanet respõsũ ad. §. si vir in fundo. Et p predictis bñ facit, qd̃ notat Bal. in. l. j. C. de fruc. ⁊ lit. expen. ⁊ in. l. j. in fi. C. si pp pub. pẽsita. ⁊ in. c. j. §. sciendũ in tit. de feudi cogni. ⁊ Bar. in. l. in puinciali. §. si ego. de no. ope. nun. p. l. creditor. in 7 prin. ⁊ qd̃ ibi notat Cy. in additi. ff. de actio. ẽpti. ¶ † Fateor tñ, ꝙ si ex quãtitate pcij vel alijs pbabilibus cõiecturis considerata reruz ⁊ personarum qualitate constare posset, ꝙ episcopus in generali locatione non intendebat, ꝙ hoc commoduz quod percipitur ex subsidio obuenerit, conductori, tunc non veniret, per. c. intelligentia, ⁊. c. preterea. de verbo. signi. prout etiam concludit Jo. an. post Pileũ in addit. in. d. ꝟ. xciij. allegat. l. sed ⁊ si susceperit. §. j. ff. õ iudi. Et p hoc bñ facit qd̃ no. gl. i. l. j. §. j. i ꝟbo agendo. ff. de superficie. ⁊ Barto. in. l. cotez. §. qui maximos. ff. de publica. ⁊ in. l. aristo. in princip. ff. de dona.

¶ Datis duobus conductoribus, altero tempore impositi subsidij, altero exactionis tempore, subsidium debetur primo.

¶ Questio. lxv.

Sexagesimoquinto Qro, Stãte opinione quã tenui i prima qõne, ꝙ ꝯmodũ, qd̃ percipit̃ ex subsidio charitatiuo, debeat̃ vniuersali ꝯductori bonorũ, seu reddituũ epatus, Quid si tpe impositi subsidij erat vnus ꝯductor, sed tpe quo soluit̃ subsidiuz forte sequẽti anno reperit̃ alius cõductor, cui ꝯductori cedet lucrum subsidij, Dico ꝙ prio ꝯductori debet̃, qꝛ debitũ est ꝯtrũ tpe quo erat ꝯductor, ⁊ fructus percepti quorũ intuitu sequẽti anno postea fit solutio per tex. in. l. defuncta. ff. de vsufru. ⁊ in. l. iulianus. §. si fructibus ßm vnũ intellectũ gl. ff. de actio. em. Pro quo bñ facit qd̃ no. Bal. post Cy. in. l. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊ in. l. diuortio. in prin. ff. solu. ma. ⁊ in rub. C. de re. pmu. in fi. Ueritas tñ huius pẽdet ex his q̃ magr̃aliter tradit Bart. i. l. fi. ff. de iure fis.

¶ Subsidium impositum in subsidium fidei christiane debetur etiam a cardinalibus ratione suorum beneficiorum.

SUMMARIUM

1 Senatores exempti sunt a muneribus.
2 Cardinales senatoribus equiperantur.
3 Cardinales non comprehẽduntur in materia penali seu reuocatoria

toria priuilegiorum.
4 Cardinales nunquam comprehenduntur sub censuris in constitutione appositis, nisi de eis fiat mentio specialis.
5 Cardinales sunt pars corporis pape.
6 In generali sermone intelligit exclusa persona loquentis.
7 Cardinalatus est maior quacunqz dignitate ecclesiastica preter papatum.
8 Mixtum non continetur appellatione simplicis.
9 Nullus potest esse maior fauor, q̃ fauor fidei.
10 Cardinales dicuntur a Cardine.
11 Cardinales tenent locum apostolorum.
12 Episcopi minores sunt Cardinalibus.
13 Cardinales dicuntur columne ecclesie.
14 Inferiores imitantur ipsorum vestigia.
15 Cardinales sunt tanq̃ signa ad sagittam.
16 Dispositio decretalis loquentis fauore animarum, ne ipsaꝝ cura nõ idoneo cõmendatur, comprehendit etiã cardinalem.
17 Constitutio generaliter loquens cõprehendit cardinales ratione proportionis.
18 Constitutio loquens de pricipibus ꝛ prelatis fauore animarum comprehendit principes maximi gradus.
19 Regula canzellarie de idiomate cõprehẽdit cardinales.
20 Residẽtes in Romana curia excusant a residẽtia i suis bñficijs.
21 Lex, vt cõiter ligat, debet adaptari ad ea, que cõiter accidunt.
22 Constitutio generaliter loquens in materia odiosa, vel penali nõ comprehendit cardinales.
23 Cardinales dicuntur summi patricij.
24 Pena extrauagan. execrabilis. §. qui vero non habet locum in cardinalibus.
25 Regula canzellarie de vero valore exprimendo non comprehendit gratias cardinalibus factas.
26 Dispositio extrauagan. Bonifa. viij. iniuncte. non comprehendit cardinales.
27 Electus, ꝛ confirmatus potest administrare.
28 A sordidis muneribus non solum cardinales sunt exempti, sed omnes clerici.
29 Papa habet omnia iura in scrinio pectoris sui.
30 Papa dicitur habere iura in pectore quo ad iuriũ interp̃tatiões.
31 Episcopus, ꝛ canonici faciunt vnum, ꝛ idem corpus, episcopus vt caput, canonici vt membra.
32 Differentia debet esse inter dantem. ꝛ accipientem.
33 In mandatis procuratorum fieri debet stricta interpretatio.
34 In literis pape ad beneficia non comprehenditur beneficium curatum, vel dignitas.
35 Persone Cardinalium ratione beneficiorum que obtinet alio si docto debent subiacere illis, in quoruz diocesi obtinẽt bñficia.

¶ Quest. lxvj.

Sexagesimosexto Quero, Papa imponit generale subsidiũ quibuscunqz beneficiatis pro expeditione contra infideles, vtrũ cardinales ratione beneficiorum suorum teneant contribuere ad prestationẽ huiusmodi subsidij. d. Ludo. ponta. ɔsi. suo. ccccxcviij. ꝙ incipit, Omnipotentis dei postulato suffragio, in casu quo qrit nũquid, ɔsuluit expresse ꝙ nõ teneatur ad prestationẽ talis subsidij, mouetur pluribus medijs. Prio p. l. senatorũ. ꝛ. l. nemo. C. de dignit. li. xij. vbi dicitur ꝙ senatores 1 † exempti sunt a muneribus, qbus senatoribus cardinales 2 † equiperantur, vt in. c. ecclesia hꝫ senatũ. xvj. q. j. ꝛ i. c. ɔstãtinus. xcvj. di. ꝛ not. Inn. in. c. cum te. de re iudi. ꝛ habet in. l. j. §. de qua re. ff. de postula. Facit tex. in. l. ius senatoꝝ. C. de dignit. lib. xij. vbi imperator seipsum connumerat inter senatores. Scdo, p ea que no. Host. ꝛ Jo. in. c. ad liberãdã. de iudeis, vbi referunt quandã extrauagantẽ Inno. tertij p quã. in subsidiũ terre sancte imposuit subsidiũ omnibus subditis ꝛ p̃latis, in qua subiungit, nos autez, ꝛ fratres nostri sancte romane ecclesie cardinales plenariam decimam persoluemus ꝛc. Per q̃ verba colligitur, ꝙ ideo papa se cũ cardinalibus obtulit solutorũ, qꝛ alias in generali impositione cardinales nõ comprehendebantur. Tertio per ea que no. Jo. mo. ꝛ Jo. an. in. c. vnico d scisma. li. vj. vbi dicunt ꝙ in materia penali seu reuocatoria 3 † priuilegiorum dispositio loquens p verba quantũcunqz generalia non cõprehendit cardinales, nisi de eis fiat specialis mẽtio, p illum tex. ꝛ propterea dicunt ibi olim fuisse declaratũ declaratoriã bonifacij octaui de qua in. c. fi. de ɔces. preben. lib. vj. non cõprehendere cardinales. Pro quo ẽt allegat no. p Jo. an. in. c. qꝛ periculosum. de sen. excõ. lib. vj. vbi vult ꝙ cardinales 4 † nunq̃ comprehendantur 5 sub censuris appositis in constitutione, nisi de eis expresse fiat mentio. † Quarto qꝛ cardinales sunt pars corporis pape. vj. q. l. §. verum. versi. si quis ꝛ. l. quisquis. C. ad. l. iul. maie. ꝛ ipsius speciales fratres. c. fundamẽta. §. decer. de ele. lib. vj. ꝛ. c. j. de offi. leg. lib. vj. vnde sicu. non presumit papã ɔ p̃sonã suã scripsisse, seu mãdasse, vt in. c. cũ instãtia. ꝛ ibi no. de censi. qꝛ i ge6 nerali sermone intelligit † exclusa p̃sona loquentis. c. petitio. d iureiuran. ꝛ. l. inquisitio. C. de solu. ita ẽt intelligunt exclusi cardinales, qui sunt pars corporis pape ꝛ eius mẽbra. Quinto per. c. sedes. de rescrip. ꝛ cle. non potest, de procu. ꝛ. c. qui ad agenduz eo. ti. lib. vj. ꝛ p. l. fi. §. cui dulcia. de vino tri. ꝛ oleo lega. ꝛ. l. nã ꝙ li7 quide. §. fi. de penu. lega. cum cardinalatus † sit maior quacunqz dignitate ecclesiastica preter papatũ, ſm Host. ꝛ Jo. an. in. c. dilectus. el. j. de preben. Et pro hoc ẽt alleg. c. p venerabilẽ. §. rationibus, qui fil. sint leg. Sexto ꝛ vltimo dicit, non posse dici, ꝙ cardinales rõne beneficioꝝ suorum teneantur tãq̃ administratores seu cõmẽdatarij, qꝛ eo ꝙ ista qualitas cardinalatus reperit adiecta administrationi nõ potest dici, ꝙ vt administrator teneat, cuz 8 appellatione simplicis † nõ contineatur mixtum, vt. l. titie textores de lega. j. ꝛ. l. legatus. de lega. secundo, ꝛ. l. hoc legatum. de lega. tertio. ꝛ. l. vim passam. §. prescriptione. ff. de adul. ꝛ allegat no. per. d. Anto. de but. in. c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. Sed salua reuerentia tãti doc. credo ꝙ. d. Ludo. pont. potius in predicto consilio locutus fuerit studio cõplacendi q̃ animo veritatis exprimẽde, ꝛ opinor ꝙ veritas sit in contrariũ, vcꝫ ꝙ cardinales teneant ad prestationẽ subsidij, ꝙ imponitur p papaz in subsidium fidei christiane. Quod probabo ratione, ꝛ auctoritate Et presuppono ante oia, ꝙ impositio subsidy ex tali cã est fauo9 rabilissima, qꝛ nullus potest eẽ maior † fauor q̃ fauor fidei christiane, pp quẽ sepe receditur a terminis iuris. c. ij. de ɔuer. infide. ꝛ. c. iudei. xxviij. q. j. ꝛ. c. ex multa. ver. in tanta quoqz necessitate populi christiani. c. in fidei fauorẽ. ꝛ. c. accusatus. §. lꝫ. ꝛ quasi p totũ. de here. lib. vj. Hoc sic presupposito dico, ꝙ ratio natura10 lis dictat, ꝙ ipsi teneant ad prestationẽ huius subsidij. † Cum. n. dicantur cardinales a cardine, qꝛ sicut a cardine regitur, ꝛ sustinetur hostiũ, ita p cardinales regit, ꝛ sustinet vniuersalis ecclesia ſm glo. in. c. ij. de offi. archipresby. ꝛ Archi. in. c. sacrosancta per 11 illum tex. in fi. xxij. di. ꝛ in. c. vbi periculũ. de elec. lib. vj. † Preterea cũ ipsi teneant locũ apostoloꝝ rõne maioris dignitatis, quaꝫ obtinent post papam per. c. per venerabilẽ. §. rationibus. qui fil. sint legi. iuncto. c. videntes. cũ gl. xij. q. i. Sicut de episcopis etiã dicit tex. in. c. in nouo. xxi. di. ꝛ in. c. quorum vices. lxviij. di. q mi12 nores † sunt cardinalibus, vt in. c. q̃q̃. ij. q. vij. vt plenius ipse do. Ludo. ponta. hoc concludit consilio suo. cccxciij. ꝙ incipit, Uos 13 estis lux mundi. ¶ † Itẽ cũ dicant esse colũne ecclesie. c. accusatio. ij. q. vij. ibi. Colũne sancte dei ecclesie que apostoli. ꝛ eoꝝ successores non imerito dicuntur. ꝛ cle. si quis suadente. §. pe. de penis, ergo sicut hostiũ sustinet, ꝛ adiuuat a cardinibus, sicut domꝰ sustinet a colũnis, sicut apostoli oia fecerũt p glorificãdo ꝛ ampliando Xpi noie ẽt se morti subijciendo, ita conueniẽs est, ꝛ rõni cõsonũ, ꝙ cardinales ɔtribuãt ad solutionẽ subsidij in fauorẽ fidei, ꝛ religionis xpiane impositi. Itẽ cũ vt. s. d. est, sint pars corporis pape qui vicarius est Christi, vt. in. c. q̃to. de transla. prela. ꝛ c. ita dominus. xix. di. Imitatores esse debent Jesu Christi, q vt legitur in actibus apostolorum, Cepit primo facere, postea docere, vt alios verbo pariter instrueret, ꝛ exẽplo, Cum enim ipsi cardiales prestiterint subsidia ꝛ stipẽdia pro auxilio fidei christiane 14 facile † inferiores eorum exẽplo proniores erunt ad talia exhibẽda subsidia. c. magne de voto. c. cũ in iuuẽtute. de purg. cano. ꝛ. c. 15 precipue. xi. q. iij. qꝛ cardinales † sunt tanq̃ signum ad sagitã positũ, in quos omnes oculos conyciunt. c. qualiter, ꝛ qñ el. y. de accusa. Qd aũt ista sit vera conclusio, probat pluribus auctoritatibus, ex qbus patebit, ꝙ dispositio fauorabilis, put est hec, generaliter loquẽs ɔprehendit cardinales. Prio ex auctoritate Archi. ꝛ Jo. an. in. c. nemo deinceps de elec. li. vj. vbi volũt, ꝙ dispõ16 † illius decer. gñaliter loquentis, que introducta est in fauorẽ aiarum, ne cura aiarum ɔmẽdet nõ idoneo, ɔprehẽdit ẽt cardinalẽ. Scdo ex doctri. Jo. mo. in extraua. Bonifacij q̃ incipit. Excõicamus. quẽ sequit Do. d. S. Ge. in. c. ad succidẽdas. d scisma. lib. 17 vj. vbi dicit ꝙ ɔstitutio † gñaliter loquẽs ɔprehẽdit ẽt cardin. qñ est piter pportionabilis cardinalibꝰ, ꝛ id ɔcludit, ꝙ ẽt añq̃ emanaret. c. felicis. de pẽis. li. vj. dispositio. c. hqs suadẽte. xvij. q. iiij. q̃ ẽ fauorabilis, ꝛ introducta in fauorẽ totius ordinis clericalis, vt est tex. in. c. ɔstringit. el. i. de sen. excõ. ɔprehẽdebat cardinalẽ, ꝛ qñ reuocat, q̃ dixerat in. d. c. ad succidẽdas, dicẽs sibi tũc nõ fuis-

se credēdū q̄si loq̄ret̄ in cā ꝑpria tāq̄ȝ cardinalis. Tertio ꝑ id ꝙ no. Host. in. c. ꝑ humāi. de homi. li. vj. quē seq̄t̄ ibi Jo. an. ⁊ Do. in. §. sacri. vbi dicit, ꝙ ille tex. gn̄aliter loquēs ꝺ principibus ⁊ ꝓ 18 latis, cū sit editus in fauorē † animaꝝ, cōprehendit principes ēt maximi gradus, ⁊ ita ꝺt se audiuisse ab auctore illius decret. talē fuisse ipsius intētionē. Quarto, ꝑ id ꝙ no. Car. zaba. post Pau. in cle. in plerisq̄ȝ. in prin. in. xvj. q. de ele. vbi tȝ, ꝙ dispō illius cle. generaliter loquēs, q̄ inducta est in fauorē cultus diuini, ⁊ digni tatis pōtificalis, nō solū ꝯprehēdit archiepos, ⁊ patriarchas, ꝓ ut dixerat ibi glo. in ɤbo q̄ſtūcūq̄ȝ, ſȝ ēt gn̄aliter ꝯprehēdit quos cūq̄ȝ alios citra papā. Et ꝓpterea alias inter dn̄os meos ꝺ Ro. 19 ta me p̄ſente fuit determinatū, ꝙ regula † cācellarie gn̄aliter dis ponens, ꝙ nullus extra natiōnē suā vigore gratie expectatiue as sequi possit parochialē ecclesiam, nisi intelligat, ⁊ sciat intelligibi liter loq̄ illud idioma ꝯprehēdat cardinales, cū regula illa edi ta fuerit in fauorē aiarū. ¶ Nō sine dubio ꝓcedit in cardinalibꝰ nō residētibus in curia, q̄ꝛ illi nō excusant̄ a residētia, vt est tex. in 20 c. ex gestis. de cle. non resi. Sȝ in residētibus in curia † romana, ⁊ assistētibꝰ pape dubiū facit, q̄ꝛ tales de iure cōi excusant̄ a residē tia in bn̄ficijs suis, ſm̄ Jo. an. in addi. Spe. in ti. de cler. nō resi. §. j. in. fi. ⁊ in titulo de legato. §. seq̄t̄. Sȝ h̄ nō obstāte credo, ꝙ bene fuerit indicatū, q̄ꝛ cū h̄ priuilegiū cessare possit nō residēdo in cu ria, nō haberi dȝ in ꝯsideratione, q̄ꝛ alias seq̄ret̄ ꝙ regula illa de idiomate nullos officiales assistētes pape, q̄ excusāt a residētia i bn̄ficijs suis, ꝑ. c. cū dilectus de cle. nō resi. Nec alios priuilegia tos sup̄ residētia ꝯprehēderet, ꝙ esset absurdū. ad h̄. n. vt lex † cōi 21 ter oēs liget ꝑ. c. j. de ꝯsti. sufficit ꝙ adaptet̄ ad ea q̄ cōiter acci dūt vt. l. nā ad ea. ff. de leg. ⁊. c. j. de cler. nō resi. ꝙ est cōiter verū q̄ꝛ vt plurimū curati resīdēt in parochijs suis, ⁊ curā aiarum ꝑ se 22 exercēt. Illud aūt † de plano fateor, ꝙ in mā odiosa, vel penali cō stitutio gn̄aliter loquēs ꝑ quecūq̄ȝ verba nō ꝯprehēdit cardina les, nisi de eis fiat specialis mētio, q̄ꝛ summi † sunt patricij, vt i. §. 23 filiusfamilias. insti. q̄bus mo. ius patr. potesta. sol. ꝺ q̄bꝰ, nisi spe cialiter dicat̄, cū spāli no. digni sint, neglectū intelligit̄, vt. l. itē apō labeonē. §. h̄ edictū. ff. de iniur. Et ita ꝓprie intelligit̄, ⁊ restringit̄ dcm̄ Jo. mo. in. d. c. ad succedēdas, volētis, ꝙ nūq̄ȝ ꝯstitutio ꝯp̄ hendat Cardinales, nisi de eis fiat spālis mētio, q̄ꝛ intelligit̄, qm̄ ꝯstitutio est penalis, vel aliter odiosa. Et ita declarat Abb. sicu. in. cle. j. circa prin. de exces. pla. ⁊ ꝑ h̄ ꝺt Hostiē. in. c. ex gestis. de cleri. nō resi. quē seq̄t̄ Jo. an. in add. Spe. in. ti. ꝺ lega. §. seq̄t̄. qō ꝯstitutio ꝯtinēs cēsuras ꝯ̄ quecūq̄ȝ nō ꝯprehēdit cardinales, nisi de eis fiat spālis mētio, argu. c. q̄ꝛ ꝑiculosum. de sentē. excō. li. vj. 24 † Et ꝑ hoc dicimus, ꝙ pena extrauagātis execrabilis. §. q̄ vero iposita retinētibꝰ bn̄ficia incōpatibilia sine dispēsatione, nō hȝ lo cū in cardinalibꝰ, vt est tex. in. d. extraua. execrabilis. §. nos itaq̄ȝ ⁊ tȝ Jo. an. in addi. Spe. in. d. §. seq̄t̄ in fi. q̄cquid dixerit Ab. si cul. in. c. bone. el. j. de postu. prela. ⁊ in. c. eccl̄ia. el. ij. de ele. Et ꝓp hoc recte ēt ꝯsuluit Pe. de ancha. ꝯsi. suo. cclxxxviij. qō incipit. i 25 Christi noie amē. Pro clariori euidētia. † ꝙ regula canzellarie anullās gratias ēt motu ꝓprio factas, nisi in eis exprimat̄ verus valor bn̄ficij nō ꝯprehēdit gratias cardinalibus factas, q̄ꝛ talis regula est exorbitās, ⁊ restringēda. Et ꝑ multa alia motiua, q̄ ip se ponit ibi Et ꝓpterea alias fuit determinatū ꝑ dn̄os meos de Ro. me p̄ñte, ꝙ dispositio extrauag. Bonifacij octaui q̄ incipit 26 † iniuncte, que punit ꝓuisos in curia ꝑ papā de ecclesia cathedra. si admistrāt anteq̄ȝ redimerint bullas de camera ap̄lica, nō ꝯpre hēdit cardinales, q̄bus ꝑ papā ꝓuisum est, vel ꝯmēdata ecclesia cathedralis, q̄ꝛ dispō illius extrauagā. est penalis, ⁊ odiosa, ⁊ ꝯ̄ iura, vcȝ ꝯ̄. c. trāsmissam. ⁊. c. nostis. de elec. ⁊. c. auaricie. eo. tit. li. 27 vj. cū ibi notatis, vbi h̄r, ꝙ † electus, ⁊ ꝯfirmatus pōt administrare quoꝝ amboꝝ loco succedit prouisio ap̄lica, vt no. gl. in verbo ꝓ uisionē. in. c. j. de elec. lib. vj. ⁊ in. c. vt circa. in gl. ij. eo. tit. ⁊ li. Re stat modo rn̄dere ad motiua do. Ludo. pon. adducta ꝑ pte ꝯ̄ria in dicto ꝯsi. Et primo ad. l. senatoꝝ. C. de dignita. lib. xij. Rn̄deo ꝙ illa lex intelligit̄ de sordidis muneribꝰ, lȝ ibi sic, verbū gn̄ale a ceteris prestationibus, q̄s iudices describunt, a q̄bus muneribꝰ sordidis de iure sunt exēpti oēs illustres, vt. l. fi. C. de excusa. mu neruȝ. lib. x. ⁊ oēs habētes culmina maximaꝝ dignitatū, vt ē tex. 28 in. l. maximaꝝ. in prin. C. de execu. mune. lib. x. † A q̄bus muneri bus sordidis ēt exēpti sunt nō solū cardinales, lȝ ēt oēs clerici ra tione suaꝝ ecclesiaꝝ, ⁊ beneficioꝝ, vt. l. plȝ. C. de sac. san. eccl. ⁊ in. §. nouaꝝ. ⁊. c. plȝ. xvj. q. j. Nō aūt. d. l. senatoꝝ intelligat̄ solū de muneribus sordidis, sentit ibi gl. in verbo nec nōdū dicit inculca tio. Et h̄ apertius ibi tȝ Bart. ita summādo illū tex. ⁊ ꝑ hoc tex. in. l. qm̄ diuersi. C. de dignita. lib. xij. ad. l. nemo. C. de dignita. xij. Rn̄deo hoc verum esse, ꝙ senatoribus nō pōt indici munus, nisi ex certa sciētia principis, ⁊ ꝓbat̄ in. l. precipimus. eo. ti. Sed im positio subsidij ob fauorē fidei christiane de qua dictū est facta ē auctoritate pape, ⁊ de eius certa scientia, qui scit eā ipositionem ꝯprehēdere cardinales. Ad ſm̄, in quo dicebat̄ de extraua. Inn. tertij relata ꝑ Host. ⁊ Jo. an. in. c. ad liberādā. de iudeis, vcȝ ꝙ di cit nos aūt, ⁊ fratres nostri cardinales plenariā ꝑsoluemus. Rn̄ deo, ꝙ ibi nō fuerūt apposita illa verba, eo q̄ꝛ cardinales nō ꝯp̄ hēderent̄ sub gn̄ali impositione subsidij, sed ꝓp ipsum papā, q̄ nō ꝯprehēdebat̄, q̄ꝛ in generali sermone non intelligit̄ ꝑsona loquē tis, vt. l. si mercedē. §. fi. ff. de ac. emp. ⁊. c. petitio de iureiu. Et sp̄ i telligit̄ excepta ꝑsona principis, vt in. c. veniētes, de iureiu. ⁊. l. j. imperatores. ff. ad munici. Uel fuit ideo de cardinalibus expres sum ibi ad cautelā, vt facilius alij inuitarent̄ ad solutionē, nō ꝙ nō ꝯprehēderent̄ in generali ipositione, habundās enim cautela nō hȝ nocere, vt. l. testamēta. C. de testa. ⁊. l. q̄ mutuā. §. non ideo. ff. māda. Uel pōt dici, ꝙ illa extrauagās sit reuocata, ꝑ tex. i pro hemio. sexti. §. fi. Ad tertium, dū adducebat dictū Jo. mo. in. c. ad succedēdas. de scisma. li. vj. volētis, ꝙ in generali dispositione nunq̄ȝ ꝯprehendant̄ cardinales, nisi specifice de eis fiat mētio, sa tis plene fuit respōsum. s. q̄ꝛ illa doctrina procedit in penalibus, ⁊ odiosis, hic autem sumus in fauorabilibus. Ad quartum, dum dicebat Ludoui. ꝙ cardinales sunt pars corporis pape. ⁊ eius membra. Rn̄deo, ꝙ hoc non est simpliciter veꝝ, sed intelli git̄, quo ad assistēdū pape, ⁊ prestāda ei salubria consilia, vt in. c. fundamēta. §. decet. de elec. lib. vj. nō aūt ꝙ cardinales tanq̄ȝ ꝑs corporis pape gaudeāt oibus priuilegijs, ⁊ prerogatiuis, q̄bus 29 gaudet papa, vt de se ꝑȝ, sicut dicimus, ꝙ papa hȝ † oia iura i scri nio pectoris sui, vt in. c. j. de ꝯsti. li. vj. Nā illud nō est simpliciter verū, sed intelligit̄ habere i scrinio pectoris ꝑ viros disertissimos ⁊ doctores clarissimos, quos sp̄ in curia sua habere presumit̄, vt dicit Cy. in. l. oium. C. de testa. † Uel intelligit̄ h̄re iura in scrinio 30 pectoris quo ad iuriū interpretationē, ſm̄ gl. in. c. preterea. xxij. di. Alias enim si diceremus, ꝙ ex hoc ꝙ cardinales sunt mēbra ⁊ pars corporis pape, nō tenerent̄ ad prestationē subsidij, seque ret̄ eodē mō, ꝙ capitulū seu canonici non tenerent̄ ꝯtribuere ad prestationē subsidij ipositi ꝑ suū epm̄, q̄ꝛ ipsi sunt vnū, ⁊ idē corpꝰ 31 cūeo, qm̄ † eps̄ est caput, ⁊ ipsi mēbra, vt est tex. in. c. nouit. de his q̄ fi. a prela sine ꝯsen. c. ⁊. c. cū clerici. de verb. sig. Et q̄ꝛ dȝ esse dif 32 ferētia. † inter dantē, ⁊ recipiētē, vt in. c. fi. de institu. ⁊. c. ꝑ vestras de iurepa. ⁊. c. debitū. de baptis. ꝙ tn̄ est falsum, q̄ꝛ imo ipsi tenen tur ad prestationē subsidij caritatiui ipositi ꝑ epm̄, qm̄ ipsi magis tenent̄ subuenire epo suo q̄ȝ alij, vt ꝯcludūt Host. ⁊ Aut. ꝺ butr. in. c. preterite. de ele. ⁊ dixi. s. in. xxvij. q. Ad q̄ntū dū adduceba t Lud. c. sedes. de rescrip. ⁊ cle. nō pōt. de ꝓcura. Rn̄deo, ꝙ. c. se des, loq̄t̄ in rescrip. ad lites, q̄ sunt odiose vt in. c. ad hec. ⁊. c. fin. 33 de rescrip. Et † similiter cle. nō pōt. loq̄t̄ in mādatis ꝓcuratorijs in q̄bus dȝ fieri stricta interpretatio, vt est tex. in. c. cū olim. el. j. ꝺ offi. dele. hic aūt sumus in materia fauorabili, in qua fieri dȝ lar ga, ⁊ ampla interpretatio. Sicut. n. dicimus in literis Pape ad 34 beneficia, † ꝙ nō ꝯprehēdit̄ bn̄ficiū curatū vel digitas, nisi de eo fiat mētio in literis, qm̄ emanant litere odiose, vt est tex. in. c. vlti. de prebē. ⁊ in. c. cū in illis in prin. eo. titu. lib. vj. Tn̄ talia bn̄ficia ꝯprehendunt̄ sub gn̄ali vocabalo bn̄ficiꝝ, qm̄ litere pape emanāt in materia fauorabili, vt est tex. in. c. si tibi ꝯcesso. de prebē. li. vj. ⁊ in. c. tua de ver. sig. ⁊ h̄r ꝑ gl. ordinariā in. c. bn̄ficium. de re. iu. lib. vj. ita dōm est, ꝙ in ista gn̄ali, ⁊ fauorabili dispositione ꝯp̄hē dantur cardinales. Ad. l. fi. §. cui dulcia. de vi. tri. ⁊ oleo legat. ⁊ l. nā ꝙ liquide. §. fi. de pen. lega. Rn̄deo, ꝙ illa iura loquunt̄ in re bus nō in ꝑsonis vt hic. Uel loquunt̄, qm̄ ꝓcessit enumeratio spe cieꝝ, sub q̄bus, id de quo q̄rit̄ nullo mō ꝯprehēbebat̄ ⁊ secuta ē clausua generalis, ꝙ nō est in casu nostro. Ad sextū, ⁊ vltimū, dū dicebat Lud. ꝙ appellatione simplicis nō venit mixtū, dico ꝙ il lud ꝓcedit in materia odiosa, vt est tex. in. c. lȝ canō. de ele. li. vj. iuncto. c. statutū. eo. ti. ⁊ li. Sȝ secꝰ est in materia fauorabili, put est hic, vt est tex. in. c. fi. de simo. ⁊ in. c. cū tibi. de ver. sig. ⁊ plene ꝑ Bar. ⁊ doc. in. l. ij. in prin. de ver. ob. Preterea, q̄uis ꝑsona 35 cardinalium in multis sic priuilegiata. tamen ratione beneficio rum, que obtinēt † alio nō docto subiacere debent illis, in quoruȝ diocesibus obtinēt beneficia, sicut de exemptis dicit tex. in. c. cuȝ capella. ⁊. c. ex ore. de priuileg. Sicut etiam de patriarcha habē te cōmendam in dioceſi episcopi determinat Anto. ꝺ bu. ⁊ Jo. ꝺ imo. post Boarinū i. c. ad supplicationē de renū. Pro hoc facit ꝙ no. gl. ordina. in. c. i. iij. q. Et ꝑ hec credo rn̄suȝ motiuis. d. Lu.

¶ Judei possunt compelli ad subsidium impositum per papam pro tuitione fidei christiane.

Summarium

SVMMARIVM

1 Iudei tenentur ad decimas personales.
2 Christiani laici non debent esse deterioris conditionis quam iudei.
3 Infideles habitantes in terris christianorum possunt compelli ad subsidium pro auxilio fidei christiane.

Quest. lxvij.

Sexagesimoseptimo Quero, An iudei compelli possint ad solutionem subsidij impositi per papam pro tuitione, et defensione fidei christiane. Respondeo, quod sic, quia sicut ex predijs, et domibus suis coguntur soluere decimas, et oblationes, de quibus soluerent christiani si ea possiderent vt est tex. in c. quanto. in fi. de vsu. et in c. nimis. el. ij. de excel. prela. et in c. de terris de decimis, et tz Inno. in c. in aliquibus. de deci. et Lap. alleg. lxiij. que incipit in dei noie amen, dubitatiuus articulus, et Bal. in prohemio Grego. in iij. col. Ne ecclesia per possessiones, eorum deterioris sit conditionis, quam si possiderentur a christianis, a quibus perciperet decimas. Immo secundum magis coem doc. sniam iudei tenentur † et ad decimas personales, vt tz glo. in c. decime. in verbo negocio. xvj. q. i. et in c. tua. el. ij. in verbo neqcie. de dec. et Host. pe. de ancha. d. Car. zaba. et coiter doc. in d. c. quanto. et Ant. de butr. post doc. i. d. c. de terris. Indignum. n. eet quod christiani laici, qui per papam pnt compelli ad solutionem talis subsidij, vt plene dixi. s. in. lvj. q. et sequen. deterioris essent † conditionis quam iudei. xxviij. q. i. c. oes. Et eodem modo dico quod saraceni, et alij infideles habitates in terris christianorum, vel existetes sub dnio christianorum compelli pnt † ad prestationem subsidij impositi pro fauore, et auxilio fidei christiane, per ea, que scribit Jo. an. in addi. Spe. in rub. de iudeis. ver. est sciedum quod lz de iudeis. et Old. consi. suo. xci. quod incipit, venit in dubium an saraceni, et Abbas sicu. in. d. c. de terris. et pro vtroque dicto bene facit quod notat Inno. in c. quod super his, de voto.

Decima papalis, vel subsidium non exigitur ab hospitalibus leprosorum, vel infirmorum.

SVMMARIVM

1 Decima papalis non soluitur de his que conuertuntur in vsus deseruientium pauperibus.
2 Rectores hospitalium soluunt decimam papalem de his que percipiunt in studio.
3 Hospitalia non soluunt decimam papalem de residuo, sed debet expendi in vsus pauperum.

Questio. lxviij.

Sexagesimooctauo Quero An, decima papalis seu subsidium quod imponitur per papam deat solui de bonis hospitalium leprosorum, vel xenodochiorum. Gl. ordinaria, cum qua oes transeunt in cle. si bnficiorum in gl. i. de deci. dt quod tpe Cle. quarti, et Honorij emanarunt sup hoc declarationes, que repetite fuerunt tpe Bonifacij octaui, quas dt Jo. an. se vidisse sub bulla, continetes, quod de redditibus talium locorum, qui in vsus infirmorum et pauperum conuertuntur, decia papalis non dz solui. Et idem tz ibi Pau. de leaza. dices hoc fuisse tpe quo bonifacius octauus imposuit deciam pro guerra, et negocijs regni Sicilie. Et hoc tz et Lap. in repetitione. c. de xenodochijs. in. iij. q. de relig. do. Et Fede. consi. cxj. quod incipit. Questio talis est an diocesanus. et Pe. de peru. in trac. de quarta canonica in. xiij. q. principali. ver. demum queritur de visitatore. Et aliquid tetigi. s. in. xxxviij. q. Sz quia predicte declarationes loquuntur de his que conuertuntur in vsus infirmorum, et pauperum. Dubium est an decia papalis solui debeat de his, que conuertuntur in vsus illorum, qui † presunt hospitalibus et pauperibus deseruiunt, Jo. an. in addi. Spe. in rub. de deci. versi. item ad intellectum hoc diffuse attingit, et per plurima iura, et rones concludit, quod et de talibus non debebit solui. x. papalis, Subdit tamen ibi Jo. an. quod si hospitale esset datum in bnficium, put interdum fit iuxta cle. quia contingit. §. vt at. de relig. do. Vel si rectores hospitalium non deseruiunt, lz alimenta mistrorum suorum, qui deseruiunt possunt de. x. papali soluenda deduci. † Et tamen que in studio, vel alibi rectores predicti percipiunt veniunt decimanda. Pro quo vltio bn facit. l. q sub pretextu. C. de sa. san. eccle. et l. gnaliter. C. de epi. et cle. canoniza. xvj. q. i. c. gnaliter. Quid at de eo quod supest vltra vsum infirmorum, et pauperum, an de eo soluetur subsidium seu. x. papalis, Lap. i. d. cle. si bnficiorum. cum quo transit Jo. de imo. ibi dicit se consuluisse cum Jo. quod de talibus solui dz. x. papalis, cum declarationes pdicte solum loquntur de his que exponuntur in vsus infirmorum. Sz Car. zaba. i. d. cle. si bnficiorum. in. iij. q. tz contrarium dices, quod imo non soluetur. x. papalis de illo residuo, † sz dz expedi in vsus aliorum pauperum, vel conseruari ad supuenietia maioris numeri pauperum, ex quo ad hoc fuerunt redditus deputati, vt dicta cle. quia contingit, et hoc magis plz, tum quia declarationes predicte sunt fauorabiles, et introducte i fauore alimonie pauperum, et ideo large interpretande vt dicit Jo. an. in addi. Spec. in. d. rub. tum quia vna, et eadem res non dz diuerso iure censeri. c. cum in tua. de deci. et c. cognouimus. xij. q. ij.

In solutione decime papalis ante omnia expense sunt deducende pro fructibus colligendis facte.

SVMMARIVM

1 Decime spirituales soluuntur non deductis expensis.
2 Decima papalis proprie, et stricte non est decima.
3 Decima papalis non regulatur vt alie decime.
4 Decima papalis succedit loco decimarum, que olim soluebantur sacerdotibus a leuitis secundum Tho.
5 Quarta que hodie soluitur epo successit loco decimarum leuiti.

Questio. lxix.

Sexagesimonono Quero, An in solutione subsidij per papam impositi seu. x. papalis deduci ante oia debeant expese pro fructibus colligedis facte, et sine quibus fructus percipi non potuerunt. Respondeo quod sic, secundum gl. in cle. bnficiorum, in verbo taxatione. de deci. que dicit ita contineri i quibusda declarationibus pontificum. Et idem tz ibi Car. zaba. i. v. q. Et sequitur ibi Jo. de imo. dt Ant. de bu. post doc. in. c. cum hoies de deci. Pro h facit tex. in. l. j. C. de fruc. et lit. expe. et in. l. domum. C. de rei ve. et in. l. fructus. ff. sol. mat. lz contrarium in h et male dicat Ant. de bu. post doc. in. c. fi. de voto. vbi dt quod. xx. redditum ecclesiarum. que imponitur per papam pro succursu terre sancte, solui dz non deductis expensis. Nec obstat si dicatur quod alie. x. † coes, et spuales soluuntur non deductis expensis vt in. c. cum hoies. et. c. non est. et. c. tua nobis de deci. † Quia ista. x. papalis non est pprie, et stricte. x. secundum Car. in. d. cle. si bnficiorum. in. ij. et. iiij. q. sz potius subsidium per ipsum papam impositum, et variabile, quia interdum imponitur. xx. vt in. c. fi. de voto. et in. c. ad liberada, in antiqua compilatione de iudeis, vt. s. sepius dcm est, nec † regulatur vt alie. x. spuales, secundum gl. in cle. dispediosam. in verbo decimis de iudi. lz ista. x. papalis, vt refert Stepha. in. d. cle. si bnficiorum. et Tho. ij. se. q. lxxxvij. art. vlt. circa fi. hodie succedat loco † decimarum quas olim leuite. i. inferiorum mistrorum gradus dabant sacerdotibus supioribus suis, de quibus loquitur tex. in. c. j. versi. et rursus ex ipsis. de deci. Sz credo quod male dicat, quia loco illius † . x. hodie successit quarta decimarum, et aliorum, que debetur epo. de qua in. c. de quarta. de prescrip. et in. c. conquerente de off. ordina. vt declarat Abb. sicu. in. d. c. j. de decimis.

De priuilegio concesso hospitalarijs pro subsidio terre sancte vt quisque ipsorum percipiat legata ad pios vsus facta.

Questio. lxx.

Septuagesimo Quero, papa concessit priuilegium hospitalarijs, et templarijs, quod pro subsidio terre sancte quisque eorum per prouincias suas pcipiat legata indistincte relicta ad pios vsus. Contingit quod iure legati, vel hereditario relinquitur indistincte paupibus, vel pro aia mobile, vel imobile executor deputatus in testo verbo distribuerat, quod tale hospitale heat tm, et tale tm, vel tale heat tale re, et alius alia re, veniunt hospitalarij vel templarij priuilegiati, et petunt ista bona dicetes, quod distributio non potuit fieri per executore, quia bona illa spectat ad eos dicetes sibi deberi non solum post priuilegium sic relicta, sz et relicta prius que tamen non erant disposita tpe date priuilegij executore contrarium asserete. Queritur an valeat. d. distributio fca per executore, Jo. an. in addi. Spe. in ti. de instru. edi. §. nunc aliq. ver. sz cora quo. post Nico. de mattha. format hac qone, et post multa concludit, quod si executor admonitus fuerit, et distribuere cessauerit, tunc priuilegiati licite petunt, et similiter, si priuilegiati petierunt, et obtinuerunt heredes sibi condenari, et consecuti sunt bona, hoc postea non retractabitur. Sz executore non monito, nec snia pro priuilegiatis lata, nec solutione eis

facta, valebit distributio facta p executorē, sʒ vbi testor nō reliqſ ſet executorē, vel ſi reliqſſʒ mortuus eſſet diſtributione nō facta, tūc pꝛiuilegiati pdicti venirēt ad tale relictū. Et iſta. d. ſimpliciter ſeqꝛ Cap. in repe. c. de xenodochijs. in lxxiij. q. de reli. do. Sʒ ſup h videdū eſt, ꝙ no. gl. in cle. j. in verbo deputatis. de teſta. ⁊ Fed. conſil. ccxcvij. ꝙ incipit factū tale eſt ante conſtitutionem.

¶ Subſidiū non pōt imponi per concilium generale ſine ſpeciali ꝯſtitutiōe pp ñ vrgēte magna neceſſitate, ⁊ ſine pñtia pape.

SVMMARIVM

1 Conciliū generale nō poteſt expedire aliqua de reſeruatis pape.
2 Concilium non deponit, nec reſtituit epiſcopum.
3 Depoſitio, ⁊ reſtitutio epiſcopi ſunt de reſeruatis pape.
4 Conciliū generale non tranſfert epiſcopum.
5 Tranſlationes epiſcoporum ſunt pape reſeruate.

¶ Queſtio. lxxj.

Septuageſimoprimo Quero, an ꝯciliū gñale ltime, ⁊ canonice ꝯgregatū, in quo pp pſonaliter nō intereſt, poſſit iponere gñale ſubſidiū oibꝰ bñficiatis forte p ſubſidio fidei xpane, vel p alia cā. Rñ, ꝙ cū hec ſit ardua, ⁊ grauis res ꝯcernēs, vniuerſaꝫ xpianitatē cēſet de reſeruatis pape, dato ꝙ ñ repiat ius h ſpāliter pape reſeruās, pc. c. maiores de bap. ⁊ p id ꝙ no. Spe. i ti. ō lega. §. nūc oñdēdū. circa fi. ver. legatus. ⁊ gl. in. c. ꝙ trāſlationē. de offi. leg. Dōm eſt, ꝙ ꝯciliū gñale ſine ſpāli ꝯmiſſiōe pape non poſſit h vl'e ſubſidiū iponere, niſi vrgeat magna neceſſitas, ⁊ piculū ſit iminēs in no. p ea q late ſcribit Abb. ſicu. in diſputatiōe ſua que incipit eps, ⁊ qdā rector parmēſis. in pen. car. vbi tādē poſt multa hincide adducta ꝯcludit, ꝙ ꝯciliū †gñale nō pōt expedire aliq̄ ō reſeruatis pape, niſi maga neceſſitas ⁊ iminēs piculū eccle. ꝯrīū ſuadeat. Et p h bñ facit ꝙ no. gl. in. c. eps pſbyter. xj. q. iij. q̄ ōt ꝙ ꝯciliū ñ ōponit †epm, nec reſtituit epm depoſitū, qꝛ iſta ſꝫ †pape reſeruata, vt ō pꝫ eſt tex. in. c. i. ⁊. ij. ō trāſla. epi. De ho eſt tex. ij. q. vj. c. iō. ⁊ hꝫ in. c. ex tue. de cle. nō reſi. ⁊ in. c. cleri. ō cle. ex cō. mi. Siſr nec ꝯciliū gñale †tranſfert epm, niſi ad h hēat ſpāle mandatū a pp, ſm Hugo. ⁊ Arc. in. c. eps. ō loco. vij. q. i. ita itelligētes, ⁊ reſtringētes tex. ibi dū ōt. in pñtia ſynodi, trāſferaꝛ, cuꝫ trāſlationes †epoꝝ pape ſint reſeruate, vt. d. c. ꝙ trāſlationē. ⁊. c. mutatiōes. vij. q. i. cū ſi. Nec ob. pdictis. c. ad liberādā in antiq̄ ꝯpillatione ō iudeis, vbi pꝫ ꝙ in ꝯcilio gñali fuit ipoſita. xx. redituū oiuꝫ eccleſiaꝝ p ſuccurſu terre ſancte, vt ēt tꝫ gl. in verbo. viceſimā. in. c. vlt. de voto. Qꝛ rñdeo, ꝙ in illo ꝯcilio, tūc intererat, ⁊ pſidebat pſonaliter inoc. papa tertius, vt apparet ex. ō. ſcriptione. d. decre. ad liberādā, quo caſu nō eſt dubiū, ꝙ papa in illo ꝯcilio potuit iponere vigeſimam ⁊ ōcimam prout ſibi placuit.

¶ Papa pōt concedere laico, ſeu principi ſeculari decimam fructuum beneficiorum certe prouincie.

SVMMARIVM

1 Papa poteſt habilitare laicum ad mere ſpiritualia.
2 Decime mere ſpirituales olim fuerunt cōceſſe laicis propter oppreſſiones hereticorum.
3 Conceſſiones decimarum fiunt ad tempus.
4 Si papa concederet in perpetuum conceſſio teneret.

¶ Queſtio. lxxij.

Septuageſimoſcdo Quero, vtꝝ pp poſſit ꝯcedere laico ſeu principi ſeculari. x. fructuū bñficioꝝ certe pūincie, vel dñij. Glo. i vbo cui vis. in cle. ſi bñficioꝝ ō ōcimis ōt ꝙ ſic, ⁊ ōt ꝙ h ſepe praticatur in Frācia. ⁊ ſeqꝛ ibi Pau. ō leaza. dicēs, ꝙ pt eſſe cā iuſta qꝛ ꝯcedit in ſubſidiū terre ſancte, ō voto. c. fi. ō iudeis. c. ad libandā. ⁊ idē tꝫ Car. zaba. in. d. cle. ſi bñficioꝝ. i. iij. q. † Pro q̄ facit, qꝛ ſi pp laicū habilitare pt ad mere ſpūalia, vt hꝫ p gl. ordinariā i. §. vex. xxxij. di. ⁊ in. c. ōcernimꝰ, ⁊ ibi oēs doc. ō iudi. ⁊ p Spe. i ti. de lega. §. nūc oñdēdū. ver. lx. Et ſi pp oppreſſiones hereticoꝝ pꝛe multitudine quoꝝ eccleſie grauabanꝛ licite fuerūt † oli añ ꝯciliū lateranēſe ꝯceſſe laicis. x. mere ſpūales, vt no Jo. an. ⁊ doc. in c. cū aplica. ō his q̄ fi. a pla. ſiñ ꝯſen. c. multo fortius licitū ē pape laico ꝯcedere iſtā pceptionē. x. papalis, curia tñ ro. ñ fecit p tpa nec facere itēdit tales ꝯceſſiones † ppetuas, ſʒ ſolū ad tps, hꝫ gl. d. cle. ſi beneficioꝝ. in verbo ad tps. Et ppterea papa ſi ſine miniſterio in. d. cle. poſuit verbū illud ꝯcedaꝛ ad tps, q̄ſi ſignificaret ꝙ talis ꝯceſſio nō ſolet, nec dꝫ p ſedē apoſtolica fieri in ppetuum † Si tñ hāc pceptionē pp ꝯcederet laico, vel principi ſeculari in ppetuū teneret ꝯceſſio, ſm Car. zaba. in. d. cle. ſi bñficioꝝ in. iij. q. dicētē, ꝙ licet qdā dicāt, ꝙ hoc caſu q̄ſi ꝯcediꝛ in ppetuū, ſolutio ōbeat fieri nō ſm taxationē, ſʒ ſm verā. x. fructuū, q pcipiunꝛ qꝛ tūc nō hꝫ locū illa cle. q̄ loquiꝛ, q̄ſi ꝯceſſio fit ad tps, tñ ſibi vꝛ, ꝙ ēt ſi ꝯceſſio fiat in ppetuū, ſolutio dꝫ fieri ſm taxationē, qꝛ illa cle. poſuit verbū ad tps, nō ad finē diuerſificādi modū ſoluēdi. x. ſʒ ad finē ſignificādi tm̄modo, ꝙ iſta ꝯceſſio nō fit in perpetuū, item cum iſta decima ſit extraordinaria, ⁊ non certificata de iure per taxationē conſuetam, certificabitur ſecundum eum.

¶ Decima papalis ſoluitur de quibuſcūqꝫ bñficijs regulariter.

SVMMARIVM

1 Beneficium in caſu ſolutionis decime papalis ſumitur large.
2 Capellanie ſoluunt decimam papalem.
3 Clerici ſeculares, quorum prouentus non excedunt ſummam annuam ſeptem flore. non tenentur ad decimam.
4 Cathedrales metropo. ⁊ parochiales tenentur ad decimam papalem, licet impoſitio de his non faciat mentionem.

¶ Queſtio. lxxiij.

Septuageſimotertio Quero an. x. papalis ſolui dēat ō quibuſcūqꝫ bñficijs, Rñdeo ꝙ ſic regulariter, ſm Car. in cle. ſi bñficioꝝ. in. j. q. de deci. qꝛ † verbū bñficiū h caſu large dꝫ ſumi, vt in. c. ſi tibi ꝯceſſo ō pbē. lib. vj. ⁊. c. tua. de ver. ſig. ⁊ ꝙ no. gl. in. c. j. ō reg. iur. lib. vj. Et ppterea ōt gl. j. in fi. in. d. cle. ſi bñficioꝝ de capellanijs † ⁊ bñficijs altariū ſolui dꝫ. x. papalis. Refert tñ Pau. ō leaza. in. d. cle. ꝙ Bonificaius pp octauus declarauit, ꝙ clerici † ſeculares, quoꝝ eccleſiaſtici redditus, ⁊ pūetus ſūmā annuā ſeptē flo. auri nō excedūt, ñ tenerenꝛ ad ſolōnē. x. papalis, niſi vna pſona hēret plura bñficia, que ſimul collecta ſummā predcām excederēt in q̄tocūqꝫ modico, lꝫ nullū bñficiū ō p ſe ſummā. vij. floreno. attingat. Et p premiſſa infero, ꝙ ēt ō eccleſijs cathedralibꝰ † metropolitanis, ⁊ patriarchalibus ſolui dꝫ decima papalis, q̄uis impoſitio expreſſe de talibus non loqueretur.

¶ De redditibus eccle. deputatis ad fabricam ſoluitur decima, non de oblationibus.

¶ Queſtio. lxxiiij.

Septuageſimoquarto Quero an. x. papalis ſolui ōbeat ō ōputatis ad fabricā eccleſie. Rñdeo, ꝙ ō redditibus eccleſiaſticis deputatis ad fabricā eccleſiaꝝ ſolui dꝫ, ſʒ de oblationibꝰ ⁊ elemoſinis, que dantur ad opus fabrice nō ſoluiꝛ. x. papalis, ſꝫ Jo. an. in cle. ſi bñficioꝝ. in gl. i. de decimis. qui ita dicit ꝯtineri in declarationibꝰ pontificum, quas innouauit Bonifacius octauꝰ ⁊ cū gl. ſimpliciter tranſit Jo. de imo. in dicta cle.

¶ Habentes prioratus grangias, ⁊ penſiones tenentur ad decimam papa. ſecus in habentibus ex contractu.

¶ Queſtio. lxxv.

Septuageſimoquinto Quero, an habētes prioratus domos, grangias, pēſiones, vel redditus a monaſterijs, vel eccleſijs teneanꝛ ad ſolutionē. x. papa. Rñdeo, ꝙ ſi hñtes predicta habēt illa in bñficiū, vel ex mera gratia tenētur ad ſolutionē decime papalis. Secus ſi habeāt ex ꝯtu ꝯductionis ad firmā, vl'emptionis fructuū, vel p mercede, ⁊ remuneratione ſui laboris, qꝛ tūc illi, quoꝝ eſt proprietas illa deciare debebūt, ſm gl. j. in. d. cle. ſi bñficioꝝ. de decimis, que dicit ita contineri in declarationibus pōtificū, ⁊ ſeqꝛ Jo. de imo. ibi, ⁊ vide ꝙ ſcripſi. ſ. in. xxxvij. q.

¶ Decima papalis an ſolui debeat ex diſtributionibus que dantur ratione intereſſentie.

SVMMARIVM

1 Diſtributiones quottidiane nō cōputanꝛ in redditibus bñficij.

2 Mortuaria, et oblationes q̄ fiūt ecclesie n̄ cōputant̄ i redditib⁹.

¶ Questio.lxxvj.

Septuagesimosexto Quero, an subsidiū pape seu.x.papalis solui dēat de distributionib⁹, q̄ dant̄ rōne interessentie, vel de minutis oblationibus, q̄ fiūt ecclesiasticis psonis rōne ecclesiarum p sepulturis, et dādis penitētijs. Rñdeo q̄ sic, sʒ gl.j.in.d.cle.si beneficiorum, quā seqt̄ ibi Jo.de imo. et ita dī gl. ɔtineri in predictis declarationibus pōtificū, et inouatione Bonifacij octaui. Sʒ nisi essent declaratiōes ille h̄ determinātes precise in isto casu ɔriū dicerē, qr regulariter † distributiones quotidiane nō ɔputant̄ in redditibus bñficij, nec in eius valore, fm dominos de Ro.in nouis decis.cxxx. que incipit.itē q̄ qñ ipetrat̄.p tex.in.c.lʒ de prebē.et.c.vlt.§.in illis.de ɔcessio.prebē.lib.vj. q̄ ēt tenēt do. d̄ Ro. in antiqs deci.ccccvij. q̄ incipit Nota q̄ nō sufficit, et deci.dcclxvj. que inci. Querit̄ an quotidiane. et Oldr.ɔsi.cxviij. q̄ incipit, ex virtute gratie, et Jo.an.in addi.Spe.in rub. de ɔces.pbē.vsi. ōmū qrebat̄. et Pet.d̄ ancb.in repe.cle.j.ver.v.principaliter q̄ro.de ɔces.pb. Et idē, nisi essent predicte spāles declarationes, dicerē de mortuarijs, qr regulariter mortuaria. † et oblationes seu i certe elemosine, q̄ fiunt ecclesie vel rectori nō ɔputant̄ in reditib⁹ seu valore bñficij, fm Jo.an.in addi.Spe.in.d.rub.de ɔces.pbē. ver.ōmū qrebat̄. et Old.ɔs.suo.ccvj. q̄ incipit, An obit⁹ in mēse facultatib⁹ ɔputet̄, et satis pbat̄ p tex.optimū in.c.vnico in fin. d̄ cle.nō resi.lib.vj. vbi decidit̄ idē iudicādū d̄ eo, q̄ obuenit ex mortuarijs, vel anniuersarijs, q̄ iudicat̄ de distributiōibus quotidianis, q̄ tñ esset intelligēdū, et limitādū. vt pulchre declarat Pet.d̄ ancb.in repe.d.cle.i.in vlt.car.de ɔces.pb. Sʒ postq̄ in h̄ casu spāliter declaratū ē declarationi, vt dixi, stādū est.l.l.pspexit.ff.q. et a qbus manu.liber.nō fi.et.c.i memoriā.decimanona dist.

¶ De bonis monasteriorum, et religiosorū.x.papalis solui nō dʒ.

SVMMARIVM

1 Agris nostris sitientibus alios irrigare non debemus.
2 Decime spirituales solui debent etiam de exiguis redditibus.

¶ Questio.lxxvij.

